¶ Oſtendit hanc queſtionem eſſe ratiōabilem ex ſolutiōe q̄ōnis predicte. nam ſi idem eſt generatio huius ⁊ corruptio huius. ⁊ econuerſo q2 corruptio huius eſt generatio huius nulla eſt generatio ſimpliciter: nec corruptio ſimpliciter. Si ergo aliq̄s querit: vtrum contingat eſſe generationē ſimplr̄ q̄rit rōnē. i. q̄rit queſtionez rationabilem.

Nōndū ¶ Nōndum autē q̄ q̄ſtio prius ĩnecta fuit q̄re non erat totum inane: ⁊ q̄re nō erat conſumptum totum materiale principium. ad hoc autē ſoluebaẜ: q2 in natura nihil deperit ſimpliciter. ſed corruptio vnius eſt generatio alterius. cum ergo aliq̄d corrumpitur nō perit materia eius: ſꝫ efficitur ſub forma alia. ex hac autem ſolutiōe ſoluitur illud dubiū: videlicet cuꝫ illud ex quo generaẜ ſubſtantia non ſit actu ſubſtātia: vtrum ſit actu aliorum predicamētorū. pꝫ. n. eſſe actu ſubſtātiam ex quo generaẜ ſubſtātia, nō. n. opꝫ eſſe nullam ſubſtātiaꝫ que generatur. ſi. n. ex aliquo debet generari leo ſufficit q̄ illa materia non ſit ſub forma leonis. eſt tñ ſub alia ſubſtantiali forma: ⁊ cuꝫ hoc contingat q̄ generatio vnius eſt corruptio alterius. ideo illud dubium depēdebat ex ſolutione queſtionis interpoſite. rurſus ex dicta ſolutiōe apparet principalis queſtio ratiōabilis. nam ſi illud ex quo gn̄atur ſubſtātia nō cĕt ſimpliciter en*:p*oſſemus abſqꝫ difficultate ſaluare gn̄ationē ſimpliciter. ſed cū ſit actu ſubſtātia ⁊ ſimpliciter ens: illud ex quo generaẜ ſubā: cum gn̄atio vnius ſit corruptio alterius: nūq̄ꝫ erit generatio ex nō ente ſimplr̄: ſed ex nō ente hoc. Rōnabile eſt ergo q̄rere quomodo poſſumus ſaluare gn̄ationem ſimpliciter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicimus enim quoniā corrumpitur nūc ſimpliciter ⁊ non ſolum hoc. Hec autez eſt generatio ſimpliciter. hec autem eſt corruptio. hoc autem generatur quidem ſimpliciter. hoc autem generatur quidē non ſimpliciter. dicimus enim diſcentem ſcientem fieri: generari autem ſimpliciter non.

¶ Oſtenſa ratiōabilitate queſtionis exequitur de ea. ⁊ duo facit. q2 primo dicit q̄ conuenit vtroqꝫ modo aliquid generari. 2° docet nos ſaluare vtrāqꝫ gn̄ationem ibi. (Quēadmodum. n. determinauimus.) Dicit ergo. querendum eſſe nunc quomodo dicimus q̄ corrumpiẜ aliq̄d ſimpliciter ⁊ nō ſolum hoc. nam hec eſt generatio ſimplex: hec autem eſt corruptio ſimplex. hoc autem generaẜ quidez ſimplr̄ hoc autem gn̄atur q̄dē non ſimplr̄. q. d. q̄ vtroqꝫ modo ſit gn̄atio: cū aliqua gn̄eẜ ſimplr̄: aliqua vero nō. Exemplificat aūt de his que generanẜ nō ſimpliciter. naꝫ cū dicimus fieri diſcētem dicimus gn̄ari ⁊ fieri hoc: vt fieri ſcientē. nō autem gn̄ari ſimpliciter. Aliq̄ autem textus habent dicētem: ſed eſt forte littera corrupta vel pro tanto dictum eſt: q2 niſi per accidēs impediatur ſciens eſt dicēs ⁊ doquēs. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quemadmoduꝫ enim determinauimus multotiens dicentes quoniam hoc quidez hoc ſignificat: hoc autem non propter hoc contingit quod queritur.

¶ Quia dixerat generationem fieri nō ſolum ſm̄ quid ſed ſimplr̄. oſtēdit quomodo poſſumus talia ſaluare. ⁊ duo facit: q2 primo docet hoc prout ſimplr̄ ſumiẜ cōparatiue. 2° put ſumiẜ abſolute. ibi. (Dicitur aūt h̄ q̄dem.) Circa primum duo facit: q2 primo docet ſm̄ modum tactum ſaluare gn̄ationē ſimpliciter ſm̄ veritatem. 2° docet hoc ſm̄ q̄rūdam opinionē ibi. (Videẜ autē magl.) Prima pars diuidiẜ in duas. q2 primo docet qd̄ dictum eſt faciēdo cōparationē in diuerſis generibus. 2° in codez gn̄e. ibi. (Differt enim.) Dicit ergo q̄ propter hoc contingit quod q̄ritur: videlicet aliq̄ generari ſimpliciter: aliq̄ vero non: q2 quēadmodū multotiēs determinauimus dicētes. quoniam hoc ſignificat h̄. ſ. ſubſtātiā h̄ aūt nō: ſupple ſignificat ſubam: ⁊ q2 ſuba eſt ens ſimplr̄ reſpectu accidētꝫ eius generatio dicitur generatio ſimpliciter. ¶ Deīde cū dicit. T.c.20. T.c.19.

¶ Differt enim in quod tranſmutatur tranſmutans. puta forte que in ignem iam generatio ſimpliciter. corruptio autem alicuius eſt. puta terre. terre autez generatio aliqua generatio: generatio autē non ſimplex. corruptio autem ſimplex puta ignis.

¶ Quia ſaluauit generationē ſimpliciter ⁊ ſm̄ q̄d comparando ſubſtātiam ad accidēs que ſunt diuerſorū generū. h̄ aūt ſaluat hoc idem faciēdo comparationē in eodē genere. ⁊ duo facit: q2 primo facit qd̄ dictū eſt deſcendēdo ad genus ſubſtātie. 2° deſcendendo ad genus accidentis. ibi. (Quemadmodum parmenides.) Circa primum duo facit: q2 primo facit qd̄ dictū eſt. 2° qd̄ dixerat manifeſtat per dictū parmenidis. ibi. (Quēadmodū parmenides.) Dicit ergo q̄ differt in qd̄ tranſmutaẜ trāſmutans. ſūt. n. eē diuerſe trāſmutatiōes: ⁊ ideo diuerſimode eſt loq̄ndum. nam ſi fiat tranſmutatio in ignem erit generatio ſimpliciter. erit tamē corruptio aliqua: vt puta terre ſi in eſtu ex terra generatur ignis: ſi autem fieret econuerſo eſſet gene ratio non ſimpliciter: ſed aliqua: quia terre: ⁊ eſſet corruptio ſimpliciter. quia ignis. non ſolum ergo reperitur generatio ſimpliciter comparando ſubſtantiaꝫ ad accidēs: eo q̄ plus habet de entitate ſubſtantia: ſed etiaꝫ reperitur hoc comparando ſubſtantiam ad ſubſtantiam cum cōpletiori modo reperiatur natura entis in vna ſubſtātia q̄ꝫ in alia. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quēadmodum Parmenides dicit duo ipſum ens ⁊ non ens eſſe inquiēs ignem et terram.

¶ Manifeſtat quod dixerat per dictuꝫ parmenidis. ⁊ tria facit. quia primo facit quod dictum eſt. ſcdō oſtendit ad quid introductum eſt dictum parmenidis. tertio dat vniuerſalem modum ad cognoſcendum quomodo aliquid generatur ſimpliciter ⁊ quomodo non. ſecunda ibi. (Hec q̄dem.) tertia ibi. (Non tamen ens igitur.) Continuetur ſic. q̄ autem in genere ſubſtantie poſſit ſaluari generatio ſimpliciter ⁊ generatio aliqua pateẜ per dictum parmenidis qui dicebat duo eſſe: videlicet ipſum ens ⁊ ipſum non ens. appellauit. n. ignem ens: terram vero non ens. generatio ergo vnius erat ſimpliciter cum eſſet entis: alterius vero erat generatio aliqua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec quidem aut talia alia ſupponere nihil differt: modum enim querimus: ſed nō ſubiectum.

¶ Oſtendit ad quid introductum eſt dictum parmenidis: nam exempla ponimus non vt ita ſint: ſed vt ſentiat qui

dixit: ideo hoc autem talia alia ſupponere nihil differt ſm quod ſpectat ad propoſitum: modum enim querimus non ſubiectum: querimus enim inveſtigare in ipſo genere ſubſtantie hunc modum generationis: videlicet ꝙ eſt generatio ſimpliciter ⁊ aliqua: ſed in qua ſubiecta materia hoc contingat utrum generatio ignis ſit ſimpliciter: vel etiā alterius nō eſt de principali propoſito: dictū ergo parmenidis ſolum propter hoc fuit introductum ꝙ in una ſubſtātia reſervat complectius natura entis q̃ȝ in alia: utrum autem illa ſit ignis vel terra non diverſificat principale propoſitum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In nō ens igitur ſimpliciter eſt corruptio ſimpliciter. In ſimpliciter autē ens eſt generatio ſimpliciter. Quibus igitur determinatū eſt ſive igni ⁊ terre ſive aliqbus aliis. erit hoc qdē ens: hoc autē nō ens: uno quidem igitur modo differt in hoc generari ſimpliciter ⁊ corrūpi aut ſimpliciter.

¶ Dat univerſalem modum generationis ⁊ corruptionis ſimplr: dicens ꝙ quando eſt tranſmutatio in nō ens ſimpliciter eſt corruptio ſimpler: quādo autē in ens ſimpliciter eſt generatio ſimpler: ſed quibus eſt determinandū eē ens ſimpliciter utrū igni aut terre: ſed aliquibus aliis nihil ad propoſitum: ſufficit autē ꝙ hoc erit ens ſimpliciter: hoc autem non ens ad hec ut ſalvetur generatio ⁊ corruptio ſimpliciter. Epilogat autē circa determinata: ꝙ uno quidem modo differt ſimplr generari ⁊ corrumpi ſimplr: in hoc quod dictum eſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alio aūt modo qualitercūqȝ materia quedam utiqȝ: cuius enim magis differētie hoc aliquid ſignificant magis ſubſtātia: cuiꝰ aūt privationē nō ens: puta ſi calidū predicamētum aliqȝ ⁊ ſpēs: frigiditas autem privatio: differunt eniȝ ignis ⁊ terra his differētiis.

¶ Salvat generationē ſimplr comparando unū accidens ad aliud dicens: ꝙ alio modo differt generari ſimplr a ſm quid non ratione materie: ut forte: quia genitum eſt magis materiale: ut terra: vel formale ut ignis: ſȝ qualitercūqȝ ſit materia quedam: ſive aliqua illud cuius differentie ſignificant magis hoc aliquid. i. magis actum ⁊ habitū eſt magis ſubſtantia ⁊ magis ens: cuius autem differentie privationem ſignificant eſt magis non ens: puta ſi calidum eſt predicatum aliquod eſt aliquid in actu ⁊ ſpecies ⁊ frigiditas eſt privatio: tunc unum eſt ens aliud quodāmodo non ens: unius erit generatio ſimpliciter alterius ſm quid. videtur autem calidum magis importare habitum ⁊ frigidum privationem: quia ignis ⁊ terra differunt his differētiis: ⁊ cōſtat ignem formaliorem eſſe terra: quomodo autem ignis ⁊ terra differant dictis differentiis: ⁊ quomodo una ſubſtātia eſt magis ens q̃ȝ alia id in declarationibꝰ patebit. ¶ Notandum autē ꝙ ſub conditione dicit ſi calidum eſt ſpecies ⁊ frigidum privatio: quia ut dictum eſt modum intendit tradere generationis ſimpliciter ⁊ alicuius: non autem eſt ſua principalis intētio in qua materia hoc verificatur. ¶ Deinde cum dicit.

Nōndū

T. c. 19. ¶ Videtur autē magis multis ſenſato ⁊ nō ſenſato differre: quādo quidē eniȝ in ſenſibileȝ tranſmutatur materiā: generari inquiūt. quādo autē in nō materiā corrūpi: ens ⁊ nō ens in ſentire ⁊ nō ſentire determinant: quēadmodum quideȝ ſcibile ens: ignotuȝ autē non ens: ſenſus eniȝ ſcientie habet virtuteȝ. Quēadmodū igitur in ſentire ⁊ poſſe vivere ⁊ eſſe exiſtimant: ita ⁊ res modo quodaȝ perſequentes veritateȝ.

¶ Determinat de generatione ſimplr ſm opinionē aliorum ⁊ tria facit: quia primo ponit opinionē huius. ſecundo improbat. 3° epilogat circa determinata. ſecūda ibi. (Id autē dicentes.) 3ª ibi. (Eſſe quideȝ igitur.) Dicit ergo ꝙ multis videtur differre generationem ſimpliciter: ⁊ ſm quid per ſenſatum ⁊ non ſenſatum: ut q̄ñ tranſmutatur aliquid in reȝ ſenſibilem ⁊ in materiā. i. in rem mālem inquiunt eaȝ generari ſimpliciter: quādo autē trāſmutatur in rem nō manifeſtaȝ ſenſui dicunt eam corrūpi ſimplr: ens enim ⁊ non ens in ſentire ⁊ non ſentire determināt. ¶ Credebant. n. intellectum eſſe ſenſū: propter qd quēadmodū ſcibile eſt ens: ignotum autē nō ens: quia quod non eſt ſcibile non eſt ens: ⁊ quāto magis eſt ens magis eſt ſcibile: ita credebant ꝙ quanto magis eſſet ſenſibile magis eſſet ens: exiſtimabant. n. ſenſū habere virtutem ſcientie: imo quod plus eſt ſicut exiſtimabant animal ſupple poſſe vivere ⁊ poſſe eſſe in ſentire: eo ꝙ ſentiebat: quia animal eſt aīal per ſenſum: ita ⁊ res credebant eſſe ex eo ꝙ ſentiebant: propter quod nō ſenſibilia non reputabant entia: ſicut nō ſentiētia nō ſunt animalia: ⁊ hoc modo. ſ. per ſenſum ⁊ per eſſe ſenſibile perſequebantur. i. inveſtigabant veritatem vel perſequebantur eam. i. inimicabantur veritati: cum non determinarent de ea ut debebāt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Id aūt dicētes nō verū cōtingit utiqȝ. Naȝ ſm opinionē ⁊ ſm veritatē aliter ⁊ generari ſimpliciter ⁊ corrumpi: ſpiritus quideȝ eni ⁊ aer ſm quideȝ ſenſum minus ſunt: ideo ⁊ quecūqȝ corrūpuntur ſimpliciter in hac trāſmutatione hec corrūpi dicuntur: generari auteȝ quando eſt in tangibile ut terraȝ. mutatur ſm veritatem auteȝ magis hoc aliquid ⁊ ſpecies hec q̃ȝ terra.

¶ Improbat opinionem eorum dicens: ꝙ dicentes illud nō contingit dicere verū: nam ſm opinionem: rectam: ⁊ ſm veritatem: aliter contingit generari ⁊ corrūpi ſimpliciter q̃ȝ ipſi dicunt: ſpiritus enim: id eſt res ſubtiles ⁊ aer ſecūdū ſenſum ſunt minus q̃ȝ res groſſe: ideo ſecūdū opinionē eorum quecūqȝ corrumpuntur in hac tranſmutatione: id eſt in talia non ſenſibilia videntur corrumpi ſimpliciter: quādo it mutantur in tangibile: ut in terram generari ſupple dicitur ſimpliciter: ſed ſecundum veritatem hec res ſubtiles ⁊ inſenſibiles ſunt magis hoc aliquid completum ⁊ ſpecies q̃ȝ terra. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſſe quidē igitur hanc ſimplicē generationem alicuius corruptionē enteȝ: corruptionem auteȝ ſimpliceȝ generationeȝ alicuius eſſe dicta eſt cauſa. Propter materiā enim differre: aut quod ſubſtātia eſt aut nō: aut ꝙ hec magis: huius vero nō: aut ꝙ hec qdem magis ſenſibilis eſt materia ex q̄ res in quā eſt: hec vero minus eſt. T. c. 20.

¶ Epilogat circa determinata dicēs: ꝙ dcl eſt cā: q̄re ꝯtingit hāc qdē gn̄ationē ſimplicē eſſe corruptionē alicuius ⁊ enteȝ ſimplicē corruptionē generationē eſſe alterius: nam ut

patet per hebitū: vno modo ē generatio ſimpliciter ꝑp ma
teriaȝ differentie.i.propter differentiaȝ materialem: vt cum
generatur ignis qui eſt īmaterialioꝛ terra. aut ſecūdo mo
do hoc contingit: quia hoc quod generatur eſt ſubſtātia.
aliud vero ſupple eſt accidēs: aut q꞉ hoc eſt magis habit᷒:
illius vero eſt magis priuatio: ⁊ hi tres modi ſunt ſm veri
tatem: ſm autē opinionē hoc contingit cum h.ſ. res gene
rata eſt magis ſenſibilis ⁊ minus: q꞉ tūc eſt generatio ſim
pliciter: cum vō res ex qua eſt magis ſenſibilis: illa vero in
qua generatur eſt minus ſenſibilis tunc ſupple eſt corru
ptio ſimpliciter: pȝ ergo ꝙ ſm veritatem generatio ſimpli
citer eſt generatio ſubſtantie reſpectu accidentis: ⁊ genera
tio ſubſtantie formalis reſpectu materialis ⁊ accidentis ha
bitus reſpectu priuationis: ſm autē opinionē eſt genera
tio rei ſenſibilis reſpectu inſenſibilis.

Dicūtur autē hec quidē ſimpliciter
generari: hec autē aliquid ſolum:
nō ex adinuicem generatione: ſed
ſm quem dicimus nunc moduȝ.

❡ Supius oſtēdit ꝑhs quō poteſt ſaluari generatio ſimpli
citer: ⁊ generatio aliq̄: accipiendo ſimpliciter comparati
ue. In parte iſta oſtendit hoc idem accipiendo ſimplr ab
ſolute: ⁊ tria facit: q꞉ primo dicit hanc qōnē differre a pre
miſſa. ſecūdo aſſignat cām differentie huius qōnis ad aliā.
tertio ſoluit eā. 2ª ibi. (Nunc qdeȝ.n.) 3ª ibi. (Hec autē de
terminata.) Dicit ergo ꝙ hec quideȝ dicūtur generari ſim
pliciter: h autē aliquid ſolū non ex adinuicē generatione.i.
non cōpando generationes eoꝝ ad ſeinuicem: ſȝ ſupple ab
ſolute: ſm quē modum nunc dicimus.i.nunc intendimus
loqui de generatione ſimplr: ⁊ dicit non ex adinuicem ge
neratione: q꞉ ſimplr ⁊ ſm quid abſolute ſumpta nūq̄ȝ repe
riuntur in eodē genere nec in his que hñt generationē ad
ſeinuiceȝ: ſȝ in vno genere reperit ſimplr gn̄atio vt in ſuba:
in alio vō ſm quid vt in accidēte. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Nūc quidē enī tantū determinatū eſt: qua
re omni generatione ente coꝛruptione alte
rius: ⁊ oī coꝛruptione ente generatione alte
rius nō ſimpliciter attribuimus generari ⁊
coꝛrūpi adinuicē trāſmutabilibus. Quō au
teȝ poſtea dicetur nō hoc queret. ſȝ quare di
ſcēs qdē nō dr ſimplr generari: ſȝ qd gene
rari ſciens ⁊ diſciplinatū: plāta aūt generari.

❡ Aſſignat cām dicte drie dicens ꝙ nunc determinatū eſt:
quare omni gn̄one ente coꝛruptione alterius: ⁊ omni coꝛ
ruptione ente alterius generatione: in his que ſunt adinui
cem tranſmutationibus non dicimus: nec attribuimus ge
nerari ſimplr: nec coꝛrumpi: ita ꝙ generatio ſimplr ſit coꝛ
ruptio ſimpliciter ⁊ econuerſo: imo vt dictum eſt genera
tio ſimplr eſt coꝛruptio ſm quid ⁊ econuerſo: ideo patet.i.
propoſita q̄ſtio que dicet modo nō queret h.i. nō queret d
generatione ſimpliciter in his que tranſmutātur ad ſeinui
cē in quibus nō reperitur generatio ſimplr abſolute loq̄ndo
ſȝ comparatiue: ſȝ qō noſtra abſolute queret de gn̄atione
ſimpliciter: vt quare diſcēs non dr generari ſimplr: ſȝ gene
rari aliquid: vt generari ſciens ⁊ diſciplinatum: ſed planta
⁊ vniuerſaliter omnis ſubſtantia poteſt dici generari ſim
pliciter. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Hec aūt determinata ſunt ī predicamētis.
Sed hoc qdē hoc aliquid ſignificat: hoc au
tem equale: hoc autē quātuȝ. Quecūq̄ igit
non ſubſtantiaȝ ſignificāt nō dicunt ſimpli
citer generari: ſed ſm quid fieri. Sed tamē
in omnibus ſimplex generatio quidem ſm
qō in aliquo oꝛdine dicitur: puta in ſubſtā
tia quidē ſi ignis: ſȝ nō ſi terra: ī qualitate āt
ſicut ſciēs ⁊ diſciplinatuȝ: ſed nō quādo ne
ſciens ⁊ indiſciplinatum.

❡ Soluit: ⁊ tria facit: q꞉ pmo ſoluit. ſcdo epilogat. tertio de
terminat quaſdaȝ alias queſtiones annexas. ſecunda ibi.
(De generari qdem.) tertia ibi. (Sȝ nūc querere opoꝛtet.) T.c.21.
Dicit ergo ꝙ h ex quibus dependet ſolutio prefacte que
ſtionis: determinata ſunt in predicamentis: naȝ q꞉ ibi dcm
eſt ꝙ h ſignificant hoc aliqd.i. ſubaȝ. h aūt quale. h autē
q̄tum: quecūq̄ȝ igit non ſignificant ſubſtāntiam nō dicun
tur generari ſimplr: ſed generari ⁊ fieri aliquid. ❡ Notā Nōndū
dum ergo ꝙ hec generatio ſubſtātie eſt generatio ſimplici
ter cōparatiue ⁊ abſolute: inq̄tum.n. generatio eſt ſimpli
citer cōparatiue: ſic ptinet ad qōneȝ pcedentē. Inq̄tuȝ ve
ro abſolute loquēdo generatio ſubſtātie eſt generatio ſim
pliciter: ⁊ ſimpliciter: ⁊ ſic ſpectat ad ꝓpoſitaȝ qōnem: ab
ſolute.n. ſubſtāna eſt ens: accidēs vō nō ē ens ſed entis: vt
dicit. 7. metha. ideo ſm iſtū modū ⁊ ſm iſtū oꝛdinem: ſm T.c.ſ°.
quē loquimur de ſimplr nō repitur ſimplr ⁊ ſm quid i eo
dem genere: nec in his q̄ hñt trāſmutationē ad ſeinuicem:
ſed tn̄ accipiendo ſimplr: ⁊ ſm aliū oꝛdinē. ⁊ ſm aliū mo
duȝ: vt accipiendo ſimplr cōparatiue nō abſolute: ſic in oī
bus ſupple generibus reperitur ſimplr generatio: puta in
ſubſtantia erit generatio ſimpliciter ſi generetur ignis: ſed
non ſi terra: in qualitate autē ſimplr generabit ſi fiat ſciēs
diſciplinatum: ſed non erit generatio ſimpliciter quando
fit neſciens ⁊ indiſciplinatum. ❡ Deinde cum dicit.

❡ De gn̄ari quidē hoc ſimpliciter. hoc autē
ſm quid: ⁊ vniuerſaliter dictuȝ eſt in ſubſtā
tijs ipſis ⁊ qm̄ generatiōis eſſe cōtinue cau
ſa: vt materia ſubiectū: quoniā trāſmutatur
in contraria: ⁊ eſt alterius ſemper generatio
in ſubſtātijs alterius coꝛruptio: ⁊ alterius
coꝛruptio alterius generatio.

❡ Epilogat circa determinata dicēs ꝙ de generari quomo
do hoc quidem generatur ſimpliciter: h quidem ſm quid
dictū eſt: ⁊ etiam dictum eſt vniuerſaliter in ipſis ſubſtan
tijs: quando eſt generatio ſimpliciter: ⁊ quando ſm quid:
⁊ cum hoc dictum eſt que eſt cauſa continue generationis
quia id quod eſt vt materia: ⁊ ſubiectum eſt ſemper tranſ
mutatiuum in contraria: ita ꝙ quando amittit vnum cō
trarioꝛum efficitur ſub reliquo. propter quod in ſubſtan
tijs ſemper generatio vnius eſt coꝛruptio alterius: ⁊ coꝛru
ptio alterius eſt generatio alterius. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Sed nūc querere opoꝛtet quare generat T.c.21.
aliquid ſemp ex coꝛruptis alijs. Quēadmo
dum eniȝ ⁊ coꝛrūpi hoc ſimpliciter inquiūt
quādo ad īſenſibile venit: ⁊ nō ens ſimiliter:
⁊ generari ex nō ente inquiunt quādo ex in
ſenſibili. Siue igitur aliquo ente ſubiecto ſi
ue nō: generatur ex nō ente. Quare ⁊ ſimili
ter generatur ⁊ coꝛrumpitur in nō ens.

❡ Annectit quaſdaȝ alias queſtiones: ⁊ duo facit: quia pri
mo mouet queſtionem de ipſa generatione. ſecūdo de ge
nerationis ſubiecto: ibi. (Sed h nō ens ſimplr.) Circa pri T.c.22.
mum tria facit: q꞉ primo mouet qōnem. ſcdo ſoluit. tertio
infert quoddam coꝛrelarium ex p̄dictis. ſcda ibi. (Quē

admodū enim. 3ᵒ ibi. (Merito igitur.) Eſt ergo qō: quare ſemper generat̄ aliqd ex alijs corruptis: ſoluit aūt ad hanc qōnē q̄ quēadmodū corrūpit̄ h̄ ſimpl̄r: vt multi inguūt qū venit ad aliqd: qō eſt inſenſibile: quod ſm eos eſt non ens: ita: ſupple q̄ vbi terminat̄ corruptio ibi incipit generatio: op3 q̄ generari ſit: vt inguūt: ex non ente ⁊ ex inſenſibili: ſiue igitur aliquo ente ſubiecto generationis ſiue non. i. qcqd de ſubiecto generationis ſemꝑ generat̄ aliquid ex nō ente: q2 ⁊ ſimile eſt de p̄n° generatiōis ⁊ termino corruptionis: ſimiliter. i. eodē modo: ⁊ generat̄ aliqd ex nō ente ⁊ corrumpitur in nō ens.

Nōndū ℂ Notandū aūt q̄ multi. i. vulgares q2 non percipiunt niſi ſenſibilia ⁊ mālia: ideo ſm cōe3 modu3 loquendi non eſt aliqd generatū: niſi cū efficit̄ ſenſibile nec eſt corruptū: niſi cū efficitur inſenſibile: ⁊ q2 generatio ſemꝑ eſt ex oppoſito erit generatio ex ſenſibili ad ſenſibile: ſi ergo inſenſibilia ſm q̄ huius dicunt̄ eſſe corrupta: q2 ſm cōe3 modu3 loquendi generatio ſemꝑ eſt ex inſenſibilibus ſꝑ ḡrabit̄ aliqd ex corruptis. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Merito igitur non deficit generatio: generatio enim entis: corruptio eſt nō entis: corruptio autē entis generatio non entis.

ℂ Infert quoddā correlariū. v3. q̄ merito ⁊ rōnabiliter nūq̄ deficit ḡratio: q2. n. generatio entis eſt corruptio nō entis: ⁊ corruptio entis generatio nō entis: ſemper poterit generatio continuari. ℂ Deinde cu3 dicit.

T.c.22. ℂ Sed hoc non ens ſimpliciter queret aliqs vtrum aliquod cōtrariorū3 eſt: puta terra ⁊ graue nō ens: ignis autē ⁊ leue ens: aut nō ſed eſt ⁊ terra ens: non ens autē materie terre ⁊ ignis ſimiliter.

ℂ Mouet qōnē de ſubiecto generationis: ⁊ duo facit ſ3 qō duas tales qōnes mouit: 2ᵃ ibi. (Et an alia.) Dicit ergo q̄ q̄ret aliquis: vtrū hoc quod ponit̄ generationis ſubm: ⁊ dicitur nō ens ſimpl̄r: vtrū ſit aliqd ꝯrioꝝ: puta vtrum ſit terra qō eſt q̄ſi graue ⁊ non ens vel ſit ignis qō eſt leue ⁊ ens: ſoluit dicēs: aut nō. i. mā ⁊ ſubm generationis non eſt aliquod predictorū: ⁊ eſt rō: q2 non ſolum ignis: ſed etiam ipſa terra eſt ens abſolute loquēdo: l3 forte comparatiue poſſit dici nō ens: mā ãt ignis ⁊ terre nō poteſt ſim̄r dici ens: cū ſimpl̄r non ſit ens. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Et an alia vtriuſq3 materia. Aut nō generātur ex inuicē neq3 ex cōtrarijs. His enim exiſtūt ꝯtraria. Igni igit̄ ⁊ terre aque ⁊ aeri. Aut eſt quidē qualiter eadē: eſt aūt qualiter alia. Quod quidē enim aliquādo ens ſubijcitur idem. Eſſe autem non idē de his qde3 igitur in tantum dictu3 eſt.

ℂ Mouet aliā qōne3: q2 dato mā3 non eſſe aliqō ꝯrioru3 ⁊ non eſſe ignē nec terrā eſt qō: an ſit alia mā vtriuſq3: ⁊ non eſſe eādem materiā: q2 non generarent̄ ex ſeinuicem nec eſſet generatio ex ꝯrijs: ſi eſſet alia ⁊ alia materia generabiliū ⁊ corruptibiliū: vnum. n. ꝯrio: ū non fit aliud: ſed mā que eſt ſub vno efficit̄ ſub alio: ⁊ q2 his. ſ. terre aque aeri ⁊ igni exiſtunt ꝯria: ⁊ ſimpl̄r generant̄ ex ſeinuicem vna erit mā eoꝝ: ⁊ per ꝯñs vna mā erit omniū habentiu3 ad ſeinuicem trāſmutationē: ⁊ ne aliquis crederet oīno eſſe taliu3 vnam mām oſtendit quō eſt vna: ⁊ quō non: dicēs q̄ materia horu3 eſt quidē qualiter eadē: ⁊ qualiter alia: q2 q̄tum ad eſſentiam: prout eſt aliquid ens q̄ q̄nq3 ſubijcitur vni ꝯriorū: q̄nq3 aliī eſt ide3 mā le principium: ſed q̄tu3 ad eſſe non eſt idem. ℂ Ultimo epilogat. q̄ de his tantum dictu3 eſt.

T.c.23. De generatione autē ⁊ alteratione dicamus quid differunt: dicimus enim alteras eſſe trāſmutationes adinuicem.

ℂ Poſtq̄ ph̄s determinauit de generatione ⁊ corruptione. In parte iſta determinat de alijs motibus ſimplicib⁹ ⁊ duo facit ſm quod ſuperius dixerat duos tales motus eſſe: videlicet alteratio ⁊ augmētū: primo ergo determinat de alteratione. ſecundo de augmento. ſecūda ibi. (De augmentatione autē reliquū.) In determinando aūt de alteratiōe determinat de ea in comparatione ad generationem: dc̄m̄ eſt enim alteratione ad generationē ordinari: ⁊ rurſum alteratio: q2 eſt motus ad qualitatē maiorem cōuenientiam h3 cum motu ad ſubſtantiam q̄ aliquis alius motus: ipſa enim forma ſubſtantialis que per generationem introducitur quedam qualitas dici poteſt: vt dicitur. 5. metha. non

T.c.25. autē3 poteſt dici quedā3 q̄titas vel quoddam vbi. Potiſſimus igitur modus determinandi de alteratione eſt determinare de ea per comparationem ad generatione3. In cōparando autem alterationem ad generationem duo facit: q2 primo dicit eas eſſe differētes. ſecūdo huius differentia3 manifeſtat: ibi. (Quoniā igitur eſt aliud.) Dicit ergo q̄ ipſe vult dicere de generatione ⁊ alteratione: quid. i. ſm qd ⁊ qualiter differunt: dicamus. n. trāſmutationes has. i. tranſmutationes ſm has tranſmutationes ſiue tranſmutatiōes huiuſmodi eſſe alteras adinuicem: bonum eſt ergo earum differentias cognoſcere. ℂ Deinde cum dicit.

T.c.19. ℂ Quoniā3 igitur ē aliud ſubiectum ⁊ aliud paſſio: que de ſubiecto īnata eſt dici: ⁊ ē trāſmutatio vtriuſq3 horum.

ℂ Aſſignat differentia3 inter eas: ⁊ duo facit: q2 primo aſſignat dictam differentia3. ſcd̄o q2 per huius differentiā quā habet generatio ad alterationem differt etia3 a ceteris motibus aſſignat differentia3 generationis ad omnes motus: ibi. (Quonia3 quidem igitur.) Circa primum duo facit: quia primo tangit queda3 per que haberi poteſt differētia alterationis ad generationē. ſecūdo ex his que tetigerat aſſignat differentiam inter ea oſtendendo quid ſit vtrūq3 eorum: ibi. (Alteratio quidem eſt.) Dicit ergo q̄ in re tranſmutabili eſt aliquid ſubiectum ⁊ aliquid aliud quod eſt paſſio que eſt innata dici de ſubiecto: ⁊ ſubdit q̄ eſt tranſmutatio vtriuſq3 eorum: ſubiecti: ſcilicet ⁊ paſſiōis. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Alteratio quide3 eſt quādo manēte ſubiecto ſenſibili ente trāſmutatur in eius paſſionib⁹ aut ꝯtrarijs aut medijs: puta corp⁹ ſanū eſt: ⁊ rurſus laborat manēs idē: ⁊ metallum q̄nq3 rotūdū q̄nq3 angulare idem ens.

ℂ Ex dictis venatur differentiam inter generationem ⁊ alterationem oſtendendo quid ſit vtrūq3 eoru3: ⁊ duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. ſecundo declarat quedam dubia que poſſent oriri ex dictis eius: ibi. (In his autem ſi alique.) Circa primum duo facit: quia primo oſtendit quid eſt alteratio. ſecūdo quid generatio: ibi. (Quando autem totum.) Dicit ergo q̄ tunc eſt alteratio quādo manente ſubiecto ſenſibili ente actu tranſmutatur huiuſmodi ſubiectum in eius paſſionibus: ⁊ h̄ vel a contrarijs vt ſi a nigro in album: aut medijs vt ſi a fuſco in palliduz: ⁊ exemplificat dicens: puta corpus eſt ſanum ⁊ rurſus poſtea laborat ⁊ fit egrum manens illud idem corpus ⁊ metallum quādoq3 eſt rotundum quādoq3 eſt angulare manens idem ens ſm ſubam ⁊ ſubm. ℂ Deinde cu3 dicit.

¶ Quādo autem totum trāſmutatur nō manente aliquo ſenſibili vt ſubiecto eodē: ſʒ q̄ñ ex ſemine toto ſanguis: aut ex aqua aer: aut ex aere omni aqua generatio iam hoc tale. huius autem corruptio.

T.c.24 ¶ Oſtendit quid eſt generatio ⁊ quō hʒ eſſe ⁊ duo facit: qꝛ primo oñdit quō hʒ eſſe generatio ſimplr̄. ſcōo oñdit quō ſe habeat generatio manifeſta. ſcōa ibi. (Marie autē generabitur.) Dicit ergo ꝙ q̄ñ totū trāſmutat̃ in totuʒ non manente aliquo ſenſibili nec eodeʒ ſubiecto. i. nō manente eadeʒ ſub̄a: ⁊ non ente ſenſibili ⁊ in actu: vt ex ſemine totuʒ i. ex ſeīe totalr̄ fit ſanguis: aut ex aqua aer: aut ex aere oī. i. toto fit aq̄: ħ qō eſt totale. i. cū totalis trāſmutationis eſt generatio huius. corruptio aūt huius. ¶ Deinde cuʒ dicit.

T.c.24 ¶ Marie autē generabitur ⁊ trāſmutabitur ex inſenſibili in ſenſibile: aut tactu: aut omnibus ſenſibus. puta q̄ñ aqua generat̃ aut corrūpitur in aerem: aer enīʒ valde inſenſibile.

¶ Oſtendit que ſit generatio manifeſta. nā quotieſcūq; totū trāſmutat̃ totū pōt dici gn̄atio ſimplr̄: ſʒ tunc eſt generatio maxima ⁊ manifeſta ſi trāſmutet̃ ex inſenſibili in aliud ſenſibile: ſenſibile dico aut tactu aut oībus ſenſibus: ꝯdiuidit aūt tactuʒ cōtra oēs ſenſus: qꝛ eſt ſenſibilior ⁊ materialior omni ſenſu: ideo q̄ñ aqua generat̃ ex aere eſt generatio ſenſibilis: q̄ñ corrumpitur in aerem corruptio eſt ſenſibilis: aer. n. valde inſenſibiles hʒ paſſiones: tum qꝛ rarus: tuʒ etiā quia paruꝰ cōpetit ei humiditas que eſt virtus paſſiua q̄ȝ caliditas que eſt actiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In his aūt ſi aliqua paſſio manet eadeʒ cōtrarietatis in generato ⁊ corrupto puta quādo ex aere aqua: ſi ambo dyaphana aut humida: non opʒ huiuſmodi alteram paſſionem eſſe in quod tranſmutatur.

¶ Declarat q̄daʒ dubia poſſibilia oriri ex dictis: dixerat enī in generatione totū tranſmutari in totū: crederet ergo aliquis cōtra rōnem generationis eſſe ſi aliqd remaneret: iō duo facit: qꝛ primo oñdit ꝙ remanere paſſionē ſm̄ ꝙ hꝫ non vr̄ cōtradicere generationi. ſcōo manifeſtat ꝙ remanere idem ſubiectum generationi ꝯdicat: ibi. (Si aūt nō.) Dicit ergo ꝙ in his generationibus ⁊ corruptionibus dubitaret aliqs ſi paſſio aliqua ꝯrietatis. i. alicuius ꝯrietatis manet eadeʒ in generato ⁊ corrupto: puta quādo ex aere fit aqua: ⁊ ſubdit ꝙ paſſio ſimbola pōt remanere: qꝛ ſi ambo ſunt dyaphana vel frigida: non opʒ hmōi in quod trāſmutatur eſſe alterum. i. eſſe alteratum quātum ad paſſionem ſimbolam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si aūt non erit alteratio. v̄.g. muſicus homo corruptus eſt. homo autē imuſicus generatus eſt: hō aūt manet illud idē: ſiqdem igitur huius nō paſſio eēt ꝑ ſe muſica ⁊ imuſica: huius quidē generatio eſſet: huiꝰ autem corruptio: ideo hominis quidē hec eſt paſſio: hominis autē muſici ⁊ hoīs imuſici generatio quedaʒ ⁊ corruptio: nūc autē paſſio hec manente: iōq; alteratio ſm̄ talia.

¶ Oſtendit eſſe cōtra rōnem generationis manere ideʒ ſubiectum. Continuetur aūt ſic: lʒ non videatur cōtra rōnē generationis manere eādeʒ paſſionē. eſt tñ cōtra rōnem eius manere idem ſubiectuʒ: qꝛ ſi non. i. ſi non eſſet trāſmutatio ſm̄ ſubſtātiaʒ ⁊ ſubiectū erit alteratio non generatio. v̄.g. muſicus hō corruptus eſt: hō aūt imuſicus generatus eſt. in hac aūt trāſmutatione manet idē ſubiectum. ſiquidem igitur muſica ⁊ imuſica ſm̄ ſe nō eſſet paſſio huius. i. hoīs: ſʒ ſupple econuerſo. hō eſſet paſſio muſici cuʒ ex imuſico fieret muſicus eſſet ſimplr̄ generatio qdē huius. i. muſici: corruptio aūt huius eſt. ſ. imuſici. naʒ in hac generatione maneret hō: qō ponitur eſſe paſſio: ⁊ nō maneret muſicus: qō ponitur eſſe ſubiectū: verū qꝛ ſm̄ veritatē: homo non ſe hʒ vt paſſio: ſed vt ſubiectū. qꝛ hec. ſ. muſica eſt paſſio hoīs: iō hoīs muſici ⁊ hominis imuſici non eſt generatio ſimplr̄: ſʒ generatio q̄daʒ ⁊ corruptio quedam: adeo ſubdit: ꝙ qꝛ nō ita eſt: ꝙ hec. ſ. muſica ſe hʒ vt paſſio ⁊ manēte ſubiecto fit talis trāſmutatio: ideo ſʒ talia eſt alteratio non generatio.

¶ Notanduʒ autem non eſſe de intentione. Ar. diffinire ħ: vtruʒ maneat eadem paſſio aut eadem qualitas ſimbola in generato ⁊ corrupto: qꝛ de hoc infra dicet̃: ſed intentio ſua eſt ꝙ ſi non manet idem ſubiectuʒ ⁊ fit variatio in forma ſubſtantiali: quātūcūq; maneat eadem paſſio: non tollit̃ generatio ⁊ corruptio: vtrū autēʒ ſit poſſibile eandeʒ qualitatem remanere: ⁊ quō poteſt manere eadem non eſt p̄ſentis negocij: tñ ſi eſſet poſſe ⁊ remaneret eadem paſſio trāſmutato ſubiecto talis idēptitas non faceret generationem eſſe alterationem. nec hoc ꝯdicit ſuperius dictis: videlʒ tūc generationeʒ eſſe cū totū trāſmutatur in totum: vt cū ex toto ſemine ſanguis fit aial. nam accidētia nō ſunt entia: niſi qꝛ ſunt entis ⁊ ſi accidētia ſunt entis: ħ accidens huius eſt entis: tranſmutato ergo ſubiecto totum dicitur trāſmutari ⁊ totum corrūpi: ⁊ ſi maneret q̄litas vna aliqua: qꝛ illa non remaneret: vt eſt corrupti: ſed vt eſt generati: ſicut accidens in tm̄ eſt ens in q̄tum eſt entis: ita in tm̄ remanet in quātuʒ remanet entis. Cū ergo ex aq̄ fit aer: qꝛ quicquid ē in aere generato totum eſt ibi vt eſt aeris: non autēʒ vt eſt aque: tota aqua dr̄ trāſmutata in totū aerem: imo cum in tali tranſmutatione planū ſit manere mām eādem p eſſentiam: ⁊ tñ dicit̃ tota aqua trāſmutari in totū aerem: qꝛ nō manet mā: vt eſt aq̄: ſed vt eſt aeris: ſic ſi maneret eadē paſſio: qꝛ maneret: vt eſt generati non vt eſt corrupti totum in totuʒ tranſmutari diceretur. ſi ergo fiat trāſmutatio in ſubiecto ⁊ in forma ſubſtantiali: qꝛ mā ſimplr̄ habet eſſe p formam ⁊ accidēs per ſubiectum q̄tūcūq; maneat eadē materia ⁊ eadem paſſio nō tollet rōnem generationis ſimplr̄: vtrū autē eſſet magis generatio ſimplr̄ ſi nō remaneret eadem paſſio: ⁊ vtrū ſit poſſibile eādem paſſionē remanere in ſecundo huius dicetur. ¶ Deinde cum dicit. Nōndū 7.m.p.

¶ Quādo quideʒ igitur ſm̄ quātuʒ eſt tranſmutatio ꝯtrarietatis augmētum ⁊ diminutio: quādo autēʒ ſʒ locuʒ latio: quādo autē ſecūdū paſſiones ⁊ quale: alteratio eſt: quādo autēʒ nihil manet cuius alteruʒ paſſio ⁊ accidens vniuerſaliter ⁊ generatio eſt: huiꝰ autēʒ corruptio.

¶ Oſtendit per hāc dñaʒ quā hʒ generatio ad alterationē: videlicet: qꝛ in ea eſt tranſmutatio ſubſtātialis oſtendit generationem differre ab aliis motibus: ſed in tranſmutatione ſubſtātiali eſt duo cōſiderare: id quod per generationeʒ acquiritur: ⁊ id quod generationi ſubijcitur: duo itaq; facit. primo. n. oſtendit generationem differre ab oībus motibus q̄tum ad id: quod per generationem acquirit̃. 2ꝰ quātuʒ ad id qō generationi ſubijcit̃. 2ª ibi. (Eſt aūt hyle.) Dicit ergo ꝙ quando eſt tranſmutatio cōtrarietatis ſm̄ quātum: qꝛ acquirit̃ ꝯria q̄titas: tunc eſt augmētatio ⁊ diminutio: quādo vero ſm̄ locum dicitur latio ſiue loci mutatio: q̄ñ aūt ſʒ paſſionē ⁊ qualitatē dicit̃ alteratio: ſʒ quādo

nihil manet ⁊ fit reſolutio ſm formam ſubſtãtialem: ⁊ nõ manet idem ſubiectum: ſed factuꝫ eſt alterũ ⁊ diuerſuꝫ: cuius ſubiecti paſſio ⁊ accidens eſt generatio ⁊ corruptio vſr i. ſimpliciter. No^m ℭ Notandum ergo ꝙ ad hoc ꝙ fit generatio non ſufficit ꝙ fiat trãſmutatio in ipſis accidentalibus vel in paſſionibus: ſed oportet eſſe tranſmutationem in ipſo ſubiecto: cuius ſunt accidentia ⁊ paſſiones. No^m ℭ Notandum etiam ꝙ eo ipſo ꝙ nõ manet paſſio vt eſt ſubiecti corrupti dicitur non remanere: imo q2 nec materia nec aliquid manet: vt eſt corrupti dicitur nihil remanere: ſ3 totũ tranſmutari in totum. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Eſt autẽ hyle maxime ſubiectuꝫ quidem propriũ generationis ⁊ corruptionis ſuſceptibile: modo autẽ aliquo alijs trãſmutationibus: quoniã omnia ſuſceptibilia ſubſtãtia contrarietatum aliquorum.

ℭ Separat generationẽ ab alijs motibus q̃tuꝫ ad id qð in ea ſubijcit. naꝫ nõ ſoluꝫ differt generatio ab alijs motibus q̃tum ad id qð per eam acquiritur: vt q2 acquirit ſubã. in alijs autem motibus acquiritur accñs: ſed etiam differt rõne ſubiecti: q2 maxime ⁊ proprie quidẽ ſubiectũ ſuſceptibile generationis ⁊ corruptionis eſt hyle. In alijs aũt trãſmutationibus nõ eſt hyle ſubm ꝓprie: ſ3 aliquo mõ: nam oĩa ſubiecta aliaꝝ trãſmutationũ ſũt ſuſceptibilia aliquarũ ꝯrietatũ: ⁊ q2 ſcðã reducit in primã: oẽs ꝯrietates alicꝰ generis reducunt in formaꝫ ⁊ priuationeꝫ: que ſunt prima ꝯrietas in genere ſube: q2 ſicut ꝯrietates reducuntur in ꝯrietatem: ſic ſubiecta reducunt in ſubm. ſubiecta aliarum trãſmutationũ reducunt in hyle: qð ſubijcitur in trãſmutatione ſubal: tñ hyle eſt aliq̃ mõ ſubꝫ aliaꝝ trãſmutationũ.

ℭ De generatione quidẽ igitur ſiue eſt ſiue nõ eſt ⁊ quomodo eſt ⁊ de alteratione determinatum ſit hoc modo.

ℭ Ultimo epilogat dicens. littera plana eſt.

T. c. 25. De augmẽtatiõe reliquũ eſt dicere quõ differt a generatione ⁊ alteratione: ⁊ quõ augmẽtatur vnũqðq; quod augmentatur ⁊ diminuitur quodcũq; diminuitur.

ℭ In pte iſta determinat pħs de augmẽto: ⁊ duo facit: q2 ꝑ continuat ſe ad dicenda. 2° exequitur de intento: ibi. (Scrutandũ vtiq; primũ.) Dicit ergo ꝙ reliquũ eſt dicere de augmentatione. dicetur ergo de augmentatione ꝙ differt a generatione ⁊ alteratione: ⁊ etiam dicetur quõ augmentatur vnũquodq; qð augmentatur: ⁊ quõ diminuũtur quecũq; diminuuntur. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Scrutãduꝫ vtiq; primũ vtruꝫ ſoluꝫ in circa quid eoꝝ differentia adiuiceꝫ: verbi gratia: qm̃ hoc quideꝫ ex hoc i hoc trãſmutatio vt ex potẽtia ſubſtantia in actu ſubſtãtiaꝫ generatio eſt. que autẽ circa magnitudineꝫ augmẽtatio ⁊ diminutio. que autẽ circa paſſionem alteratio. vtrorũq; auteꝫ ex potẽtia entiuꝫ in actum trãſmutatio dictoruꝫ eſt.

ℭ Exequitur de intẽto: ⁊ duo facit ſm ꝙ duo ꝓmiſerat: primo eniꝫ determinat de dñia augmenti ad alios motus. 2° declarat circa qd ⁊ qualr hꝫ eſſe augmentum: ibi. (Circa quod aũt.) T. c. 26. Circa primum tria facit: q2 ꝓmo diſtinguit augmentuꝫ a generatiõe ⁊ alteratiõe. 2° ſeparat ipſuꝫ a motu locali. 3° epilogat circa determinata. ſcðã ibi. (Alio autem modo.) tertia ibi. (Qm̃ igit tranſmutatio.) Circa primuꝫ duo facit ſm qð aſſignat duplicem differentiam augmẽti ad generationem ⁊ alterationẽ. ſcðã ibi. (Aut ẽt modus.) T. c. 26. Dicit ergo primo ſcrutandũ eſſe vtrũ horũ motuuꝫ ſit ſolum differentia eorũ adinuicem q̃tum ad genera ſiue quãtum ad predicamenta: circa que fiunt. nam hmõi motꝰ verſari circa diuerſa genera non eſt dubiũ. v. g. qm̃ tranſmutatio que eſt ex hoc in hoc. i. ex ſubſtantia in ſubſtantiam: vt ex potentia ſubſtantia in actu ſubſtãtiaꝫ eſt generatio: que eſt circa magnitudinem augmentatio. que eſt circa paſſionem: idest circa qualitatem alteratio: tranſmutatio enim vtrorũq; dictorum. ſ. tam alterationis q̃ augmenti eſt ex potentia entium in actu: omnis. n. motus eſt ex potentia in actum: cum ſemper motuꝫ mobile acquirat aliquid quod non habebat actu: erat tamen in potẽtia ad habendum illud. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Aut etiã modus differt trãſmutatiõis. Uidetur auteꝫ ꝙ alteratur nõ ex neceſſitate trãſmutans ſm locum neq; quod generatur. Quod autẽ augmentatur aut diminuitur.

ℭ Ponit ſecũdam differentiam. nam augmentuꝫ non ſolũ differt a generatione ⁊ alteratione: rõne generis circa qð eſt: vt q2 eſt circa q̃titatem: generatio vero circa ſubſtãtiã: alteratio aũt circa qualitatem: ſed etiam ſm trãſmutationem localem. nam modus tranſmutationis augmenti differt a modo tranſmutationis generationis ⁊ alterationis: q2 illud quod alteratur non de neceſſitate tranſmutatur ſm locũ: neq; qð generatur neceſſe eſt tranſmutari ſm locum: ſed quod augmentatur aut diminuitur ſupple de neceſſitate tranſmutat locum. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Alio autẽ modo ab eo qð fertur: qð fertur quidem enim vniuerſum alterat locuꝫ. Qð augmẽtatur quideꝫ quẽadmodũ quod deducitur. hoc enim manente particule tranſmutarentur ſecundum locum.

ℭ Separat motum augmenti a motu locali. Et notanduꝫ No^m ꝙ ſeparare motum augmenti a generatione ⁊ alteratione pertinet directe ad iſtud capitulum ⁊ quodãmodo ad hũc librum: in quo intenditur de motu ad formam: ſed ſeparare augmentum a motu locali eſt quodãmodo incidens: cũ hic non intendatur de motu ad vbi: hoc tamen incidens ex hoc venit: dixerat enim augmentum ⁊ diminutionem mutare locum: ne ergo aliquis crederet ꝙ ſimiliter eſſet tranſmutatio localis in augmento ⁊ in motu ad vbi oſtendit ꝙ non: ideo duo facit ſm quod dupliciter ſeparat motuꝫ augmenti a motu locali. nam primo ſeparat ipſum a motu locali recto. ſecundo a ſpherico: ibi. (Non quemadmoduꝫ.) Dicit ergo ꝙ augmentum mutat locum: ſed hoc eſt alio modo ab eo quod fertur localiter. nam quod fertur loquẽdo de motu recto alteratur. i. tranſmutatur ſm vniuerſuꝫ locum: ſed quod augetur non mutat totũ locum: ſed quẽadmodum illud quod deducitur. i. quod extenditur manente eo in eodem loco. particule tranſmutantur ſm locũ quia non mutat locum ſm totum: ſed ſm partem: ſic etiaꝫ quod augetur ſm partem mutat locum prout occupat locum maiorem. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Non quẽadmoduꝫ que ſpere. he eniꝫ i ſimili loco tranſmutantur manẽte toto. q̃ aũt eius qð augetur ſemꝑ in ampliorẽ locuꝫ: in minorem aũt que eius quod diminuitur.

ℭ Oſtendit augmentũ non tranſmutare locũ: ſicut ſpe dicens: particulas augmenti non tranſmutare locũ cuꝫ ſint

ſicut particule que ſunt ſpere: quia in motu ſperico manē te toto in ſimili loco .i. in loco equali ⁊ eodem: he .ſ. particule ſpere tranſmutantur ſm locum: augmentatum .n. ⁊ diminutum nunq̄ eſt in loco ſimili vel equali: ſed partes que ſunt eius quod augetur ſunt in locum plenum occupando maiorem locū: pars vero que eſt eius quod diminuitur ī minorem. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.29. ¶ Quoniā aūt trāſmutatio differt nō ſolum in circa que: ſed ſic eius quod generatur ⁊ alteratur ⁊ augmentatur manifeſtum eſt.

¶ Epilogat circa determinata dicens: manifeſtū eſſe ꝙ trāſmutatio eius: quod generatur ⁊ alteratur ⁊ augmentatur non ſolum differt in generibus circa que ſunt tales motus: vt q2 augmētum eſt circa q̄titatē ⁊ nō alie tranſmutatōes ſed etiam differt ī ſitu .i. in modo tranſmutationis localis: quia augmentata de neceſſitate tranſmutant locum: non tamen ſic eſt de generato ⁊ alterato.

T.c.27 Circa quid autē eſt trāſmutatio augmētatiōis ⁊ diminutionis. circa magnitudinē āt videt̄ eſſe augeri ⁊ diminui. Et qualiter ſuſcipiēdū.

¶ Oſtenſo quō differt augmētum ab aliis motibus. In parte iſta oſtēdit circa quid ⁊ qualiter habet eſſe augmētum: ⁊ duo facit: q2 primo premittit qō intēdit. ſecūdo exequitur de intēto: ibi (Utrū ex impotentia.) Dicit ergo ꝙ dicendū eſt circa quid eſt trāſmutatio augmētationis ⁊ diminutionis: nā augeri ⁊ diminui videntur eſſe circa magnitudinē ideo ſuſcipiendum eſt qualiter circa magnitudinem talis contingant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Utrū ex impotētia quidē magnitudine ⁊ corpore: actu vero incorporeo ⁊ ſine magnitudine generari corp⁹ ⁊ magnitudo: ⁊ hoc dupliciter contingit dici: qualiter augmētatio fit: vtrum ex ſepata ipſa ſʒ eē materia: aut exiſtente in alio corpore.

¶ Exequit̄ de intēto: ⁊ duo facit ſm ꝙ augmētum dupliciter poteſt ſumi: large ⁊ proprie: large .n. ſemper cum q̄tum additur quāto augmētum efficitur: ſm quē modum ⁊ inaīata creſcunt: augmentatur .n. paries cum lapis lapidi addit̄: proprie autē augmētum ſumitur cū quelibet pars aucti eſt aucta: vt cū per nutrimētum ad ſingulas partes alimētum trahitur: ⁊ ſic nō augmētatur niſi aīata. Et ſicut dupliciter poteſt ſumi augmētum: large: ⁊ proprie: ſic ⁊ aliqua poſſunt reſpicere augmētum cōiter: aliq̄ vero proprie: duo ergo facit ph̄s: primo .n. inquirit que reſpiciunt augmentū cōiter: vt ꝙ augmentum fit ex aliquo corporeo ⁊ q̄to. ſecūdo inveſtigat reſpiciētia augmētum proprie: vt ꝙ quelibet pars aucti debet eſſe aucta: ⁊ quelibet pars diminuti diminuta: ⁊ cetera hmōi: ſecūda ibi. (Suſcipiēdum vtiq3 magis.) No-

T.c.32. Noᵐ. tādum autē ꝙ ſubm circa quod verſatur augmētū pōt accipi dupliciter .ſ. radicaliter ⁊ proprie. Radicaliter .n. ſubm in generatione eſt aliquo modo ſubm in aliis trāſmutationibus: vt ſupra dicebatur. proprie tū quelibet trāſmutatio habet ſubm ſuū ⁊ addit ſubm cuiuſlibet trāſmutationis ſupra ſubm generationis. duo ergo facit ſʒ qō ex ſubiecto augmenti dupliciter oſtendit augmētum fieri ex q̄to ⁊ corporeo. nam primo oſtēdit hoc ex ſubiecto augmēti ſiue ex eo circa quod verſatur augmētū radicaliter. 2° ex eo circa qō

T.c.31. verſatur proprie. 2° ibi. (Amplius aūt talis.) In prima pte intendit tales rōnes: materia circa quā verſatur generatio naturalis nūq̄ eſt ſepata a corporeitate ⁊ magnitudine: ⁊ ab hmōi formis ⁊ morphis: ſed idē eſt ſubm generatiōis naturalis ⁊ augmenti: ergo idem circa quod verſabitur augmētū nūq̄ erit ſeparatum a corporeitate ⁊ magnitudine. tria ergo facit ſʒ ꝙ hec ratio tres partes habet. Nā primo oſtēdit materiā nūq̄ ſeparari a corporeitate ⁊ magnitudine. ſecūdo manifeſtat eādem eſſe materiā: ⁊ idē eſſe ſubiectum augmēti ⁊ generatiōis naturalis. tertio cōcludit id circa quod verſatur augmētū: ⁊ ex quo fit augmētum non eſſe ſeparatū a magnitudine ⁊ corporeitate. 2° pō ibi. (Q̄m

T.c.31. autē eſt ⁊ ſub̄e corporee materie.) 3° ibi. (Māifeſtum autem ex queſitis.) Prima pars in qua oſtendit materiā generationis naturalis nō ſeparari a magnitudine ⁊ corporeitate: diuiditur in partes duas ſʒ qō dupl'r hoc oſtēdit. p̄ enim oſtēdit hoc rōnibus ad impoſſ. 2° rōnibus oſtēſiuis. 2° ibi.

T.c.29. (Sed nec pūctos.) Circa primū tria facit: q2 p̄mo ſub diſtinctione p̄mittit modos qbus pōt intelligi materiā eſſe ſeparatam a corporeitate ⁊ magnitudine. 2° modos illos improbat. 3° cōcludit mām inſeparatam eſſe 2° ibi. (Aut impoſſibile.) 3° ibi. (Melius ergo dibus.) Dicit ergo inquirendum

T.c.29. eſſe vtrū corpus ⁊ magnitudo generari poſſit ex corpore ⁊ magnitudine in potētia nō in actu: ſed actu erit icorporeū ⁊ ſine magnitudine: ⁊ q2 vt circa finem lectionis dicetur idē eſt ſubiectum generationis naturalis ⁊ augmenti: ſi generabitur corpus ex non corpore augmētabitur etiam ex nō corpore: ⁊ q2 fieri generatio ⁊ augmētum ex non corpore ⁊ ex materia nō ſeparata a corporeitate ſimpl'r dupliciter ptingit dici: nō ingrēdum ſi hoc eſt verū qualiter fiat augmentatio vtrum fiat ex materia ſeparata ſm ſe non ſolum ſm eſſe ſed in loco: aut fiat ex materia ſeparata a corpore ſm locū ſed exiſtente in aliquo corpore. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aut īpoſſibile vtrūq3: ſepata enim ens: aut nullum poſſidebit locum: vt punctus aliquis: aut vacuū erit: aut corpus nō ſenſatū. Horū autem hoc quidem tūc contingit: hoc autem neceſſe in aliquo eē. Sēper enim alicubi erit quod generatur ex eo. Quapropter ⁊ illud aut ſm ſe aut ſm accidens.

¶ Improbat vtrūq3 mēbrū. Ad cuius euidētiā notandum materiā ſm veritatē non eſſe ſeparatam a corpore loco: ita ꝙ mā ſit qd per ſe exñs ſiue corpe: imo q2 eſt in ipſo corpe in eodē loco exiſtit in quo eſt corpus. rurſum nō eſt ſeparata ſm eſſe: vt ſic ſit in eodē loco mā ⁊ corpus in quo eſt ſicut vinū ⁊ doliū ſunt in eodem loco: q2 aliud eſt eſſe vini ⁊ aliud dolij. duo ergo facit: q2 p2io p̄bat mām nō eſſe ſeparatam a corpore loco. 2° oſtēdit eam nō eſſe ſeparatam ſm eſſe: ibi. (Sed ſi in aliquo exiſtit.) Dicit ergo ꝙ aut impoſſibile eſt vtrūq3 videlʒ materiā eſſe ſepatam ⁊ loco ⁊ eſſe: q2 ſi eſt ens i. exñs ſepata loco a corpore tūc nullū poſſidebit locū: erit ergo vel ſicut aliqs pūctus vel ſicut vacuū ſiue ſicut corp⁹ inſenſatū: vacuū .n. ⁊ corp⁹ īſenſatū idē eſt: vel erit ſicut corpus īſenſatū .i. ſicut corpus nō occupās locū: h̄ aūt horum dictorum qōcūq3 ponat̄ nō ptingit rōnabiliter ponere. nam h̄ .i. mā ⁊ ſubm ex quo generatur aliquid neceſſe eſt eſſe in aliquo loco. In eodē .n. loco in quo erat id qō eſt corruptū eſt poſtea id qō eſt generatū: ⁊ q2 qō generat̄ ex eo .i. ex ſubiecto aliquo ſemp eſt alicubi: quapropter: ⁊ illō ex quo fit generatio, vel ſm eſſe vel ſm accidēs ſupple neceſſe eſt alicubi eſſe: ſʒ ſi materia poneretur ſeparata magnitudine ⁊ poneretur per ſe exiſtere non eſſet in loco: nec per ſe nec per accidens: ergo nihil poteſt fieri: quia tūc factum ex ea nuſq̄ eſſet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ſi in aliquo exiſtit ſiquidem ſeparatū ita vt nullius ſʒ ſe aut ſʒ accidēs aliquid ſit cōtingunt multa ⁊ impoſſibilia. T.c.28.

¶ Improbat ſcōm mēbꝝ.vꝫ.ꝙ materia non eſt ſeparata ſm eſſe:⁊ duo facit: quia primo dicit ad hanc poſitionē ſequi impoſſibilia. ſecūdo narrat impoſſibilia illa: ibi. (Dico autem.) Continuetur ſic: vt patet non poteſt poni materia ſeparata:⁊ per ſe exiſtere: ſed ſi diceretur ꝙ eſt in aliquo corpore:⁊ non eſt ſeparata a loco: ſed exiſtit ſiquidē qd ſeparatum. ſupple ſm eſſe: ita vt nullius corporis ſit aliquid per ſe nec per accidens: ſicut vinum eſt in vaſe: tamen quia ſeparatum eſt a vaſe ſm eſſe: nihil eſt vaſis nec per ſe nec p accidens: ſi ſic dicamus de materia multa impoſſibilia contingunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico aūt. v.g. ſi generabitur aer ex aqua non aqua erit tranſmutata.

¶ Narrat illa īpoſſibilia q̄ contingūt ſic dicētibus:⁊ tria facit ſm ꝙ tria talia incōuenientia adducit. 2ᵒ ibi. (Sed propterea.) 3ᵒ ibi. (Amplius neqꝫ.) Dicit ergo: bene dico ꝙ multa impoſſibilia ſequuntur ad dicētes materiā eſſe in corpore:⁊ non eſſe ſeparatam ab eo loco ſm eſſe: quia ſi hoc eſſet aer poſſet generari ex aqua ſiue ex materia que eſt ī aqua: aqua nō trāſmutata: qḋ eſt icōueniēs: cū.n. generatio vnius ſit corruptio alterius: q̄.n. differunt ſm eſſe per ſe loquendo:⁊ ſm ꝙ hꝫ poteſt eſſe trāſmutatio in vno: alio nō tranſmutato: non opꝫ ergo aquā trāſmutari: ad hoc ꝙ ex materia que eſt in ea aliquid generet̄: cū ponatur non eſſe idē eſſe aque ⁊ materie que eſt in aqua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed propterea ꝙ vt in vaſe aqua ineſt materia eius cuius eſt. Infinitas eni nihil prohibꝫ materias eſſe. Quapp ⁊ generari actu. T

¶ Adducit ſcōm incōueniēs dicens: ꝙ ꝓpterea q2 ponitur ꝙ vt aqua eſt in vaſe: ſic materia eſt eius in quo eſt: nihil ꝓhibet infinitas materias eſſe in aliquo: vt infinitas materias eſſe in aqua: nam cum materia non occupet locum:⁊ ponatur ſic eſſe in aqua: vt aqua in vaſe: qua rōne in aqua pōt eſſe vna mā: pari rōne in ea poterunt eſſe infinite materie: nam ſi aqua non occuparet locum infinite aque poſſunt eſſe in eodem vaſe:⁊ q2 ſemp ex mā poteſt aliquid generari infinita actu poſſent generari ex ipſa aqua in qua eſſent infinite materie: quod eſt incōueniēs: nō.n. ex eodē finito infinita actu generari poſſent. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius neqꝫ ſic videtur generari aer ex aqua vt exiens a. manente.

¶ Adducit 3ᵐ incōueniēs: ⁊ ñ eſt incōueniēs hec pōſ: q2 repugnat apparētibus: nā ſi mā eſſet in aq̄: ſicut aqua in vaſe generatio nihil eſſet aliud: niſi exitus a manēte: ſicut enim aqua exit a vaſe manēte:⁊ permanēte vaſe ſine tranſmutatione: ſic exiret ab aqua: quod generaretur ex materia exiſtēte ī ipſa aqua: ſed hoc repugnat apparētibus: nō.n. videtur generari aer ex aqua vt exitus a manēte: imo nō ex aq̄ manēte: ſed ex aqua trāſmutata ⁊ corrupta eſt aer generatus. ¶ Ultimo cum dicit.

¶ Melius ergo omnibus inſeparatam facere materiā eſſe: vt entem eandem ⁊ vnā nu mero: rationem autem non vnam.

T.c.29. ¶ Cōcludit materiā inſeparatam eſſe dicens ꝙ oībus.i. ſter ola melius eſt facere māꝫ eſſe inſeparatam a corpore ⁊ a magnitudine:⁊ facere eam nō entem eādem:⁊ vnam numero per eſſentiam: ratione autem.i. ſm formam ⁊ eſſe debemus eam facere non vnam.

Sed neqꝫ pūcta ponēdū neqꝫ lieas corporis materiā: pp eaſdē cauſas: illud autem cuius hec vltia materia eſt: quare neqꝫ vnqꝫ neqꝫ ſine paſſione poſſibile eſt eſſe neqꝫ ſine forma.

¶ Poſitis rōnibus ad impoſſibile ꝙ mā nō poteſt ſeparari a magnitudine ⁊ corporeitate. In pte iſta ponūtur tres oſtenſiue. ¶ Ad cuius euidentiā aduertendū ꝙ indiuiſibile ſm ꝙ hmōi:⁊ ſine magnitudine pōt intelligi aliquid dupl'r. negatiue ⁊ priuatiue: negatiue.n. punctus eſt indiuiſibilis: q2 non poteſt diuidi: ſic etiā ⁊ linea eſt indiuiſibilis: nō ſimpliciter: ſed ſm latitudinem: priuatiue vero materia ſm ſe cōſiderata eſt indiuiſibilis: q2 non poteſt diuidi ſm ſe: eſt tñ apta nata diuidi per quātitatē: priuatio enī ſupra negationem addit aptitudinem. pūctus igitur eſt indiuiſibilis ſolum negatiue: q2 nec diuiditur: nec eſt aptus natus diuidi. duo ergo facit philoſophus in oſtēdendo materiā ſm quod exiſtit:⁊ vt eſt aliqd in effectu: nō eſſe ſeparatam a magnitudine:⁊ nō eſſe quid idiuiſibile negatiue: ſicut pūctus: vel etiam ſicut linea que aliquo modo eſt indiuiſibilis negatiue: inquātum ſm latitudinem nec diuiditur: nec eſt apta nata diuidi. ſecūdo oſtendit eam nō eſſe quid indiuiſibile priuatiue: vt ꝙ actu mā nullam habeat magnitudinem nec q̄titatem: ſed ſolum ſit potētia diuiſibilis:⁊ ſit apta nata ꝙ ſit q̄ta ⁊ magna. ſcōa pᵒ ibi. (Generatur qdē igitur.) Dicit ergo ꝙ nō eſt ponēdū māꝫ eſſe pūctos neqꝫ eē lineas corporis pp eaſdem cauſas.i. ꝓpter eaſdeꝫ poſitiones: quas ſuperius tetigimus. Ille enim eedem rōnes ducētes ad impoſſibile oſtēdentes materiaꝫ nō eſſe ſeparatā a magnitudine: q2 tunc materia non eſſet alicubi: oſtendere poſſunt māꝫ nō eſſe puncta per ſe exiſtētia: nec lineē p ſe exiſtentes: punctis.n. ⁊ lineis ſm ꝙ hmōi nō debetur locus:⁊ ſicut ꝓpter illas rōes:⁊ ꝓpter illas rōnes ducentes ad impoſſibile ſuperius tactas oſtendi poteſt materiā nō eſſe pūcta nec lineas: ita poſſunt adduci rationes oſtēſiue ad oſtēdendum hoc idem: nam puncti ⁊ linee habent rationē vltimoꝝ ⁊ terminoꝝ: mā enim de ſe eſt quoddā interminatū: interminatum.n. non eſt ipſi termini: ſed eſt id quod per terminos terminatur ⁊ vltimat̄: materia igitur non eſt pūcti nec linee: ſꝫ eſt id cuius h.i. linee ⁊ puncti ſunt vltima ⁊ termini:⁊ q2 terminabile non ſeparatur a ſuo termino: cū materia terminetur ⁊ finiatur per puncta lineas formas ⁊ paſſiones: ſicut nūq̄ eſt mā ſine punctis ⁊ ſine lineis vel ſine magnitudine: ita nūq̄ eſt poſſibile eaꝫ eſſe neqꝫ ſine paſſione: neqꝫ ſine forma. ¶ Deinde cum dicit. No^m .1

¶ Generatur quidē igit̄ ſimpliciter alteꝝ ex altero: quēadmodū ⁊ in alijs determinatuꝫ eſt:⁊ ab alio aut actu ente aut homogenus aut homoideus. verbi gratia: ignis ab igne aut homo ab homine aut ab actu: duꝝ eniꝫ a non duro generatur. T.c.30.

¶ Poſt q̄ oſtēdit materiam non eſſe quid indiuiſibile negatiue: q2 non eſt puncti neqꝫ linee oſtēdit eam non eſſe quid indiuiſibile priuatiue: vt ꝙ ſit actu ſeparata ab omni magnitudine ⁊ ab omnibus paſſionibus:⁊ eſt ratio ſua talis quicquid fit: fit a ſibi cōueniēti aliquo modo: nam vt eſt determinatum in alijs: vt in. 7. metha. cum generatur alterum ex altero ſimpliciter:⁊ generatur ab alio ente actu: vel generatur ab eo: quod ē actu hōgeneos.i. eiuſdem generis vel ab eo quod eſt actu homoideos.i. eiuſdeꝫ ſpēi. ver.g. generatur homo ab homine:⁊ ignis ab igne: ſunt aūt eiuſdem ſpēi homo cum hoīe:⁊ ignis cum igne: ſed aliq̄ generatio eſt ab actu ſm ideꝫ genus: generat̄.n. duꝝ a nō duro: q2 generat̄ a frigido: frigidū.n. cōſtringit ⁊ indurat: qcqd tñ ſit ſemp generat̄ aliqd a ſibi cōueniēti aliquo mō: ita ꝙ agēs ⁊ patiens in pricipio ſunt diſſimilia: in fine vo ſilia: ſꝫ ſupplēdū ꝙ mā ſepata ab oī actu ⁊ ab oī corpeitate: nec eſt ſilis: nec eſt diſſimilis: opꝫ ergo tam generans q̄ id ex quo T.c.30. ⁊.31.

generatur eſſe aliquid in actu: nūq̈ ergo materia ex qua fit generatio erit indiuiſibilis priuatiue: vt ꝙ ſit ſepata ab omni actu ꝛ ab omni magnitudine: licet ſit apta nata eſſe q̄ta ꝛ magna. ¶ Item ſequitur illa pars.

T.c.31. ¶ **Quoniam autē eſt ꝛ ſubſtantie corporee materia corporis talis: corpus enim cōe nullum. eadem paſſionis ꝛ magnitudinis eſt: rōne quidem ſeparata. loco autē non ſeparata. niſi ꝛ paſſiones ſeparabiles.**

¶ Que fuit diuiſa ꝯtra totū precedens. Cōtinuetur autem ſic. Poſtq̄ oſtēdit materiā generationis naturalis nō eſſe ſeparatā ab omni corporeitate ꝛ ab omni magnitudine. In parte iſta oſtēdit eādem eſſe materiā augmenti ꝛ generationis naturalis. Intēdit autem talem rationē. augmētum videtur reſpicere corpus ꝛ q̄tum ſm ſe. generatio vo reſpicit corpus i eo ꝙ naturale: ſed idem eſt corpus: ꝛ corpus naturale: cum nō ſit dare aliquod corpus ſepatū: qḋ ſit cōe ad corpus ſꝫ ſe: ꝛ ad corpus nāle. ergo eadē erit materia ſubſtātie corporee: ꝛ ſubſtātie talis corporis. i. corpis naturalis: ꝛ ſi eadē eſt materia corporis: ꝛ corporis naturalis: eadem erit materia paſſiōis. i. corporis paſſionati ſiue corporis naturalis: ꝛ p ꝯñs generatiōis que reſpicit corpus tale ꝛ magnitudinis. i. augmētatiōis que reſpicit corpus magnū. rōne ergo ꝛ intellectu ſeparata eſt materia generatiōis ꝛ augmēti. loco autem. i. ſubiecto ꝛ re nō eſt ſeparata materia huius ꝛ illius: niſi quis poneret paſſiones ſeparabiles a ſubſtātijs: ſi enim paſſiones ſeparabiles eſſent: alia eſſet materia magnitudinum ꝛ paſſionum. ꝛ aliud eſt corpus: ꝛ corpus naturale: ꝛ per cōſequēs aliud eſſet materia generationis ꝛ augmēti: ſed de hoc in declarationibus tangetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Manifeſtū aūt eſt ex queſitis. quoniā non eſt augmentatio trāſmutatio ex potētia magnitudine: actu autem nullam habentē magnitudinem. Separatum enim eſſet commune quidem. hoc autem quomodo impoſſibile dictum eſt in alijs prius.**

¶ Cōcludit cōcluſionē principalr intētā: nā ſi materia generationis naturalis nūq̄ eſt ſepata a magnitudine ꝛ corporeitate: ꝛ eadem erit mā generatiōis ꝛ augmenti: manifeſtum eſt ex queſitis. i. ex inueſtigatis: q̄m augmētū non eſt tranſmutatio ex potentia magnitudine: actu autē nullam magnitudinē habentē: q: ſi hoc eſſet: ſepatum eſſet quidē quod eſt quid cōe. i. ſeparata eſſet materia a corporeitate: qḋ eſt quid cōe: ꝛ vna in habētibus eā: vel aliter ſeparatum eſſet quid cōe. i. ſeparatum eſſet aliqḋ corpus: qḋ eſt cōe ad corpus ſm ſe ſumptū vel ad corpus nāle: quod ē incōueniēs: vt prius dicebatur: vel etiā vt dictū eſt in alijs q: in de celo ꝛ mūdo oſtenſum eſt hoc eſſe impoſſibile: ꝛ ſi nō eſt aliquod corpus: ꝛ corpus naturale: ꝛ nō eſt alia materia ſm rem augmēti a generatiōe: puīq̄ materia augmēti ſeparata erit a magnitudine ꝛ corporeitate ſicut nec materia generationis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Amplius aūt talis trāſmutatio nō augmētationis ꝓpria: ſed generatiōis. Augmētatio enī eſt exiſtētis magnitudinis additamētum. diminutio aūt minoramentū. ideo opꝫ habere aliquā magnitudinē qḋ augetur. q̄propter nō ē ſine magnitudine materia. opꝫ autem etiam ꝛ augmentationē ꝛ in actu magnitudinis. generatio autem magni corporis non augmentatio.**

¶ Adducit rōnem ſumptā ex pte ꝓprij ſubiecti augmēti: nam ꝙ ſubiectum in generatione eſt corpus ꝛ ens in actu: hoc eſt per accidens: q: ens in potētia eſt proprium ſubm generationis: cū illud ens in potētia nūq̄ actu ſeparatur a corporeitate: ſed in augmēto hoc eſt per ſe: q: ſubiectum propriū in augmentatione eſt corpus habēs magnitudinem in actu: ideo ait ꝙ talis trāſmutatio in qua propriū ſubiectum eſſet ens in potētia nō corpus in actu nō eſſet ꝓpria materia augmētationis: ſed generationis: ꝛ dicit propria: q: aliquo modo eſt eadem: ꝛ idem ſubm generatiōis ꝛ alterationis. propriū tñ ſubiectum h̄ ꝛ ibi differt: ꝙ autē in augmento non ſolum fit per accidens: ſed etiam per ſe ſupponere corpus ꝛ magnitudinē: pꝫ: q: augmentatio eſt exñs additamentum magnitudinis: ꝛ diminutio eſt minoramentum: ideo opꝫ aliquā magnitudinē habere: qḋ augetur ꝛ qḋ auget. quapropter non ſine materia magnitudine. i. nō ſine materia cū magnitudine opꝫ eſſe augmētū: ꝛ etiā dꝫ eſſe materia in actu. i. ſm actū magnitudine. aliter enim magis eſſet generatio corporis: non augmētatio.

¶ Sꝫ videtur ꝙ ſibi pħs ꝯdicat. nam ſupius dixerat materiā generationis nō ſepari a magnitudine: h̄ autē videt̃ innuere ꝙ in augmento materia nō ſeparatur a magnitudine: in generatiōe aūt nō ſic. ¶ Ad qḋ dici poteſt ꝙ tam in augmento q̄ꝫ in generatione ſemꝑ materia eſt coniuncta magnitudini: ſed in augmentatione vꝫ eſſe per ſe: in generatione autem non eſt per ſe: ſed per accidens. Dub^m

Suſcipiēdū vtiq̄ magis q̄ſi tāgentes queſtionem a principio. qualiſ alicuius entis augmentari ꝛ diminui cauſas querimus. T.c.32

¶ Superius pħs inquiſiuit que videnť reſpicere augmentum cōiter. In pte iſta venať que vidētur reſpicere augmētum ſpecialiter: ꝛ duo facit: q: primo cōtinuat ſe ad dicenda. ſcḋo exequitur de intēto: ibi. (Uidetur vtiq̄ eius.) Dicit ergo ꝙ ſuſcipiendum eſt vtiq̄ quaſi magis ſpecialiter tangentes q̄ōnē a principio. i. ad ꝑncipale queſitum: nam q: aliquo adueniente fit augmentū: ꝛ recedente fit diminutio: ideo queramus cās ꝛ rōnes de illo aliquo quo contingit augeri ꝛ diminui: cuius ꝛ q̄lis ſit entis. i. entitatis: vtrū vꝫ. ſit corpus vel icorporeū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Uř vtiq̄ eius quod augetur quecūq̄ pe aucta eſſe. ſimiliter aūt in diminutiōe minoꝛ eſſe generata. Amplius aūt adueniente aliquo augmentari ꝛ recedente diminui.**

¶ Exequitur de intēto: q: primo venatur cauſas ꝛ rationes augmenti: ꝛ ea que ſpālr requiruntur ad augmentū arguendo. ſcḋo ſoluendo: ibi. (Q̄m autem queſitū eſt.) Circa primū duo facit: q: primo premittit duas conditiones que requiruntur ad augmentū. ſcḋo argūt cōtra ea que dixerat: ibi. (Neceſſe eſt augeri.) Una conditio que reqrit̃ ad augmentum eſt: q: videť eius qḋ augetur quecūq̄ pe eſſe auctā: ꝛ in diminutione ſiłr quelibet pars videtur eſſe generata minoꝛ. Amplius alia conditio que requirit̃ ad augmentum eſt aliquo adueniente augmentari: ꝛ aliquo recedente diminui. ¶ Deinde cum dicit. T.c.33.

¶ **Neceſſe autem augmentari aut incorporeo aut corporeo.**

¶ Arguit contra predicta. Ad cuius euidentiam notandū predictas duas cōditiones ſic ſe habere ꝙ deſtructa ſecunda deſtruitur prima: deſtructo enim. ſ. non fieri augmentū

aliquo adueniente deſtruitur ꝙ quelibet pars augmenti
ſit aucta.nam ideo q̄libet ps aucti eſt aucta:q2 cuilibet pti
aliq̄d additur ⁊ ad quālibet partez a'iquid aduenit:ideo
ſolum arguit cōtra ſcḋam conditionē ꝙ nō fiat augmen/
tum aliquo aduenīte:⁊ duo facit.q2 p̄mo facit qḋ dictū
eſt.2° remouet quādaʒ cauillationē ibi.(Sed nec ſic cōtin
T.c.33. git.) Circa primū duo facit:q2 p̄mo ponit quandā diſtin/
ctionē.2° deſtruit vtrunq3 mēbroꝝ ibi.(Si quidē igitur.)
Dicit ergo ꝙ ſi fit augmētū aliquo adueniente neceſſe eſt
augmētari aut corporeo aut incorporeo.illud.n.aduenī/
ens vel erit corp⁹ aut nō corpus.℄ Deinde cū dicit.

℄ Siquidem igitur incorporeo eſt ſeparatū
qḋ cōmune.impoſſibile autem materiam a
magnitudine ſeparari vel eſſe ſeparabilem.
queadmodum dictum eſt prius.

Nōndū ℄ Deſtruit vtrūq3 mēbrū.p̄mo.n.oſtendit nō fieri augmē
tum aduenīte incorporeo.2° adueniēte corporeo ibi.(Si
autem corporeo.) Ad euidentiā aūt prime partis notan/
dum p̄hm ſupponere ꝙ de neceſſitate req̄ratur materia i
augmento ⁊ in tranſmutatione.hoc aūt ſuppoſito: ait ꝙ
ſi fiat augmentū adueniēte īcorporeo:q2 ſemp ſit augmē/
tum adueniente mā que ſupponitur in omni trāſmutatio
ne ſeq̄tur ergo ipſum materiale elementū qḋ eſt qd cōe ob/
bus generabilib⁹ eſſe ſeparatum a corporeitate:ſed quēad
modū dictū eſt primo.impoſſibile eſt mām eſſe ſeparabileʒ
a magnitudine:⁊ a corporeitate.℄ Deinde cū dicit.

℄ Si autem corporeo duo in eodē loco cor/
pora erunt:⁊ quod augetur ⁊ quod auget.
eſt autem ⁊ hoc impoſſibile.

℄ Deſtruxit 2ᵐ membrum:q2 fieret augmentuʒ aduenien/
te corpore.duo corpora erunt in eodem loco qḋ augetur ⁊
quod auget.eſt autem hoc impoſſibile ꝙ duo corpora ſi/
mul ita ſint.℄ Deinde cum dicit.

T.c.33. ℄ Sed nec ſic contingit fieri ac generari dice
re augmentationem et diminutionem. vt
quando ex aqua aer.tunc eniʒ maior tumor
generatus eſt.

℄ Remouet quandā cauillationē:⁊ duo facit.q2 primo po
nit cauillationē.2° eam deſtruit.ibi.(Nō.n.augmētatio.)
Dicit ergo ꝙ non cōtingit ſic dicere:ſic generari ⁊ fieri au
gmentum ⁊ diminutionē ſicut quidam dicebant.cauillo/
ſe enim ⁊ ſophiſtice aliqui de augmento determināntes di/
cebant ꝙ cū ex aqua fit aer factum eſt augmentū:q2 tunc
maior tumor generatur.hec aūt poſitio ſi vera eēt adnihi
laret argumēta p̄hi:q2 nec adueniēte corporeo nec incor/
poreo fieret augmentū.℄ Deinde cum dicit.

℄ Non autē augmētatio hec. ſed generatio
quidē eius ī qḋ trāſmutatur erit:corruptio
autē cōtrarij. Augmentatio aūt neutrius.

Nōndū ℄ Deſtruit hanc cauilloſam oſtēſionem. ℄ Ad cuius euī
dentiam notandū in predicta generatione tria eſſe conſi/
deranda.aquā q̄ corrūpitur.aerē q generatur.⁊ qḋ eſt idē
vtriq3.tria aūt facit.q2 p̄mo oſtendit in p̄dicta tranſmuta
tione nō ſaluari augmentum quātuʒ ad aquā que corrū/
pitur:vel q̄tum ad aerē qui generatur.2° oſtendit nō poſ/
ſe ſaluari augmentū q̄tū ad id qḋ eſt cōe vtriq3. 3° narrat
conditiones augmenti vt magis manifeſta ſint que dixe/
rat.2° ibi.(Sed aut nullius.) 3° ibi.(Hec aūt tria ſunt.) Di
cit ergo ꝙ h̄.ſcilicet predicta tranſmutatio nō eſt augmē/
tatio nec aeris nec aque:ſed eſt generatio eius in qḋ tranſ/
mutatur.ſcilʒ aeris:⁊ erit corruptio contrarij.i.aque que
tranſmutatur in aerē:augmentatio tamen erit neutrius.

℄ Deinde cum dicit.

℄ Sed aut nullius aut ſi aliquod cōe ambo
rum exiſtit eius qḋ generatur ⁊ eius qḋ cor
rumpitur.verbi gratia.ſi corpus.aqua autē
non aucta eſt.neq3 aer.hoc quideʒ deperijt.
hoc autem generatum eſt.corpus auteʒ eſt
ſiquidem auctum eſt.ſed ⁊ hoc impoſſibile.
oportet autem ſaluare rationem ⁊ exiſtētiaʒ
eius quod augetur ⁊ diminuitur.

℄ Oſtendit nō eſſe augmētū eius qḋ eſt cōe vtriq3.augmē
tatum enī debet manere ⁊ eſſe in tota trāſmutatione.ergo
cum ex aqua fit aer:aqua nō poteſt eſſe aucta:q2 non ma
net:nec eſt in fine tranſmutationis.nec aer ē auctus:q2 ſo/
lum incipit eſſe in fine trāſmutationis.aut ergo nullius eſt
augmētatio:aut ſi aliquo mō volumus ſaluare augmen/
tum dicemus ꝙ aliq̄d exiſtit cōe amboruʒ:eius.ſ.qḋ gene
ratur:⁊ eius qḋ corrūpitur.verbigratia.ſi corpus vel ſi mā eſt
huius cōe id forte dicet̄ auctū.aqua ergo nō eſt aucta: qa
deperijt.nec eſt aer q eſt generatus.ſi qḋ ergo auctū eſt cor
pus:aut materia que eſt quid cōe p̄dictis videtur auctuʒ
eſſe:ſed ⁊ hoc eſt impoſſibile:licet habeat q̄ſdā apparētiā:
qa oportet ſaluare rōne ⁊ exiſtentia ſubſtantiam eius qḋ
augetur ⁊ diminuitur.ſed ſubſtantia materie non manet ea
dem ſm exiſtentiaʒ ⁊ rōnem.i.ſm eſſe ⁊ diffōnem in aqua
corrupta ⁊ in aere generato.ideo enī non cōpetit ei auge/
ri.℄ Notandū autē ꝙ exiſtentia ⁊ ratio cōpetit mā̄e per Nōndū
formā:ideo ſm qḋ mutat formā mutat rōneʒ ⁊ eſſe. Item
notandū ꝙ p̄hs cū loquitur hic de materia que eſt quid
cōe aeri ⁊ aque nominat ipſum corpus: qa antiq p̄hi oēs
poſuerunt materiā eſſe corpus.ideo ꝯ eos diſputās more
eoꝝ loq̄tur nominando materiā eſſe corpus.vtrum autē
poſſit intelligi qḋ h̄ Ar.aut de ipſo corpore:forte in decla
rationibus dicetur.℄ Deinde cum dicit.

℄ Hec autem tria ſunt:quorum vnū eſt quā
tācunq3 partem maioreʒ eſſe eius quod au/
getur magnitudinis. vbi gratia.ſi caro car
nis.⁊ adueniente aliquo.⁊ tertium vt ſalue/
tur quod augetur ⁊ maneat.

℄ Narrat ꝯditiones augmēti vt magis manifeſta ſint que
dixerat.⁊ duo facit:q2 p̄mo facit quod dictum eſt. 2° q2 ex
cōditionibus augmēti apparet ſolutio cuiuſdā q̄ōnis.mo
uet queſtionē illā ibi.(Queret autem aliquis.) Circa pri/ T.c.34
mum tria facit:q2 primo narrat dictas cōditiones.2° prop/
ter predicta cōparat augmentū ad generationē ⁊ altera
tionem.3° per hꝰ conditiones augmenti redit ad deſtruen
dam cauillationē primo poſitaʒ.2° ibi.(Cum generatur.)
3° ibi.(Si itaq3 erit.) Dicit ergo.ꝙ hec tria ſunt que requi
runtur ad augmentū.quoruʒ vnū eſt.q̄cūq3 partē eiꝰ ma
gnitudinis qḋ auget̄ eſſe auctā ⁊ eſſe maiorē.verbi grā. ſi
caro ſit aucta quelibet pars carnis dʒ eſſe aucta.2° cōditio
augmenti eſt.ꝙ adueniēte alio fiat augmentū.3ᵐ autē eſt
ꝙ ſaluet̄ ⁊ maneat qḋ auget̄.℄ Deinde cum dicit.

℄ Cum generatur quidem aliquid ſimplici
ter ⁊ corrūpitur:non manet idem.quod au
teʒ augetur:aut alteratur:aut minuitur ma/
net idem.Sed tamen quideʒ paſſio aut ma
gnitudo non manet eadem.

℄ Propterea que dixerat cōparat augmentū ad alteratio/
nem ⁊ generationē.dixerat enī augmentū manere.in hac
aūt cōditione augmētū conuenit cuʒ alteratione:⁊ differt
a generatione:ideo ait:ꝙ cū aliq̄d generatur ſimpliciterʒ

aut corrūpitur non manet. cui autē alteratur aut augetur aut minuit manet idē qd̄ augetur aut alteraſ: ſed tñ non manet eadē paſſio: nec eadē magnitudo: manet enī quod alteraſ. ſed mutat paſſionē ⁊ qualitatē ꝓcedēdo ab vno in aliū: ſicut augmētatū mutaſ ſm̄ q̄titatem procedēdo a minori in maiorem. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Si itaqꝫ erit predicta augmentatio continget nullo adueniente neqꝫ augeri ⁊ nullo recedente diminui: ⁊ non manere quod augetur. ſed oportet hoc ſaluare. ſubiecta eniz eſt augmentatio talis.

ℂ Redit ad deſtruēdū cauillationē tactā per ꝯditiones q̄s prediterat de augmēto. dicēs: ꝙ ſi erit ꝑdicta poſitio vera vt dicamus fieri augmētū cū ex aq̄ fit aer q̄ eſt rarior ⁊ fieri diminutionē cū ex aere fit aqua q̄ eſt denſior non ſaluabuntur cōditiones augmenti: q2 vt pꝫ ponendo ꝑdicta cōtinget augmentatio nullo adueniente: ⁊ ꝯtiget aliquid diminui nullo recedente. rurſum vt pꝫ per habita: continget non manere qd̄ augeſ: ſed opꝫ ſaluare h̄. i. has ꝯditiones. ſubiecta enim eſt. i. ſuppoſita eſt augmentatiuo eſſe talis. ſupponebaſ enī ꝑus aliquo adueniēte fieri augmentū ſaluari atqꝫ manere qd̄ augeſ. ℂ Deinde cum dicit.

T.c.34 ℂ Queret autē aliquis ⁊ quid eſt quod augetur vtrum cui apponitur aliquid aut qd̄ apponitur. verbi gratia. ſi crus quod augetur hoc maius: qd̄ auget cibus. quare igitur nō ambo aucta ſunt. maius enim quod apponitur ⁊ cui: quēadmodū ⁊ quando miſcens vinum aqua ſimiliter enim plus vtrunqꝫ.

ℂ Ponit queſtionē quādaꝫ cuius ſolutio habetur ex predictis: ⁊ tria facit: q2 primo ponit q̄ōnem. 2° ſoluit. 3° manifeſtat qd̄ in ſolutione ſua poſuerat. 2° ibi. (Aut qm̄ hui⁹.) 3° ibi. (Silr ⁊ in alteratione.) Dicit ergo ꝙ queret aliquis qd eſt qd̄ augetur: vtruꝫ augeatur id cui aliquid apponitur. verbi gratia. ſi augeſ crus h̄ ē: ꝙ efficitur maius ⁊ cui aliquid apponitur an ſupple augeſ: id quod auget. quod aūt auget eſt cibus: ⁊ quare non ambo dicuntur aucta. totum enim videſ maius qd̄ apponſ: ⁊ cui apponſ. i. cibus ⁊ crus. quēadmodū qñ miſcens vi^m aque vtrūqꝫ. i. totum videſ ſilr auctū ⁊ eſſe plus. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Aut quoniaꝫ quidē huiuſmodi ſubſtātia manet. huiuſmodi autem non. verbi gratia. cibi quoniā ⁊ hic dominans dicitur in mixtione: vt quoniā vinum. facit. n. vini opus. ſed non aque vniuerſa mixtura.

ℂ Soluit dicens. ꝙ aut ſupple augmētatur crus cui apponitur aliq̄d vt cibus qui apponitur: ⁊ eſt rō: q2 manet. ſubſtantia huius. h⁹ aūt nō manet ſubā. verbi grā. cibi nō manet ſubā. ſicut ergo in mixtione dn̄ans dī augeri: ita ⁊ hic crus aūt qd̄ dn̄atur ⁊ cōuertit cibū ad naturā ſuā eſt id qd̄ augetur. ſi ergo miſceaſ aqua cū vino ⁊ vinū cōuertat ad ſe aquā. vinū diceſ auctū qm̄ manet. facit. n. vini opus: ſed illa vniuerſa mixtura aque ⁊ vini nō diceſ aucta. nō enim eſt aucta aqua ⁊ vinū: ſed ſolum vinū: cū ſolū cuꝫ ponitur faciat vini opus: ⁊ non aque. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Similiter ⁊ in alteratione qm̄ ſi manet caro ens ⁊ quod aliquid eſt. paſſio autem aliq̄ exiſtit eorū que ſecūdū ſe accidentiū que prius paſſio nō exiſtebat alteratum eſt hoc.

ℂ Manifeſtat qd̄ in ſolutione ſuppoſuerat, ⁊ duo facit ſm̄ qd̄ duplr manifeſtat qd̄ dixerat. 2° ibi. (Qꝫ aūt alteratum eſt.) ſuppoſuerat. n. ꝙ q2 nō manet cibus: ſed manet crus. augetur crus ⁊ nō cibus. hoc autē manifeſtat ꝑ ſile dicēs. ꝙ ſilr ⁊ in alteratione: q2 manet caro ens: ⁊ ꝙ eſt aliquid permanens. paſſio aūt aliqua de numero eoꝝ accñtiū ſm̄ ſe. i. paſſio aliqua que ſm̄ ſe eſt accidens exiſtit que paſſio non exiſtebat ꝑus. ideo. ſ. alteratū eſt h̄. ideſt alteratū eſt ſubiectū qd̄ manet nō paſſio ſupple que eſt de nouo introducta ⁊ nō manet: ⁊ tūc cōplenda eſt rō videlꝫ ꝙ eſt ſilr in alteratione ⁊ augmētatione cum in alteratione: q2 manet ſubiectū: ⁊ nō paſſio: alteratum eſt hoc. i. ſubiectuꝫ qd̄ manet. ergo in augmento: q2 manet crus ⁊ nō cibus augmentatum erit crus qd̄ manet. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Quomodo aūt alteratū eſt. hoc qñqꝫ quidem nihil paſſuꝫ eſt: neqꝫ alterata eſt ſubſtātia. qñqꝫ aūt ⁊ illud. Sed alterans eſt principium motus in eo ꝙ augmētatur ⁊ alteraſ in his mouens qm̄ ⁊ ingrediens generatur vtiqꝫ magis ⁊ accipiens illud corpus. verbi gratia. ſi ingrediēs fiat vtiqꝫ id ſpē opꝫ corruptū eſſe hoc patiens ⁊ mouēs nō in hoc.

ℂ Manifeſtat hoc idē alio modo diſtinguēdo de ꝓncipio alterato dicēs: id quo alteratū eſt hoc tale ꝓncipium alteratiuum: qñqꝫ quidem nihil eſt paſſum: neqꝫ alterata eſt ſubſtātia eius. i. vnū principiū effectiuū alteratiōis eſt alterans in alteratū vt anima vegetatiua. aliud alterās alteratum vt cibus. ideo ſubdit ꝙ qñqꝫ: ⁊ illud ſupple quod alterat alteratur. alterās ergo primū quod eſt principiū motus: vt aīa vegetatiua eſt in eo qd̄ augetur ⁊ alteraſ: ſed in his. i. in alterātibus alterātis: ideo eſt mouēs qm̄ eſt ingrediens. ideo enim cibus alterat: q2 ingreditur mēbrū: ⁊ trāſit in ſubſtāntiam eius: q2 ſi cibus eſſet accipiens id corpus. i. reciperet formā illius corporis ad quod trahitur. i. ſi reciperet formam carnis exñs per ſe: ⁊ vt ingrediēs ad membrum generareſ vtiqꝫ magis. i. eſſet ibi generatio magis q̄ augmentū. verbi grā. ſi cibus ingrediens fiat vtiqꝫ ſpecies. i. accipiat illā ſpēm ⁊ illam formā carnis ad quaꝫ ingreditur: ⁊ hoc patiens corrūpitur: ita ꝙ eſt mouens non h̄. i. non ad formā propriā: ſed moueſ ad formā carnis: vel mouēs nō ī hoc ꝙ mouēs ꝓncipale. i. aīa vegetatiua. cum non in hoc. i. in cibo: ſed in carne. ℂ Notanduꝫ ex verbis pħi haberi: ꝙ cū duplex ſit alterans vnū inalteratū aliud alteratū. alterans inalteratū eſt in carne non in cibo: ideo caro manet: cibus aūt qd̄ eſt alterans alteratū nō manet: ⁊ tunc ſupponēda eſt ratio eius ꝙ caro augeſ q̄ manet ⁊ nō cibus. ℂ Itē nōndum ꝙ accipere aliq̄d formā carnis pōt intelligi duplr vel per ſe exiſtēs: ⁊ tūc eſt gnō: vel vt coniunctum alteri: ⁊ tūc eſt augmētū. vt infra diceſ. cibus ergo accipit formā carnis: ſed accipit eā nō ꝑ ſe exiſtens: ſed vt cōiungitur mēbro. ideo dixit pħs. ꝙ ſi cibus nō eēt ingrediens ad corpus qd̄ eſt mēbrū ⁊ acciperet formā eius magis vtiqꝫ eēt gnō q̄ꝫ augmentū. ℂ Itē notandū ꝙ cum cibus ingrediſ ad mēbrū reſoluitur in partes ſubtiles: ⁊ quia corpus ſubtile pōt dici ſpūs: iō in illa tranſgreſſione pōt dici fact⁹ ſpūs: ideo cū aliq̄ textus habeant. ſi cibus ingrediens fiat vtiqꝫ ſpūs: ⁊ aliqui habeant. fiat vtiqꝫ ſpēs. ſi conſiderentur predicta vtrunqꝫ exponi poteſt. Nōndū Nōndū

Quoniam autem de his queſitum eſt ſufficienter oportet queſtionis tentare ſolutionem inuenire.

ℂ Poſtq̄ꝫ pħs venatus ē ꝯditiones augmē/

ti inquirendo ⁊ arguendo. In parte iſta exequitur de intē to ſoluendo ⁊ veritatem determinando. ⁊ duo facit. qꝛ pri mo cōtinuat ſe ad dicenda. 2° exequitur de ꝓpoſito ibi. (Sal uantes manere id.) Dicit ergo quoniā queſitum eſt. i. que rendo ⁊ arguendo queſitū eſt ſufficienter de his que requi runtur ad augmentū opꝫ deinceps temptare inuenire ſo lutionem queſtionis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Saluantes manere id qđ augetur ⁊ adue niente aliquo augeri. recedente autem dimi nui. Adhuc autē quodcunq; ſignum ſenſa tum aut maius aut minus generatum eſt: ⁊ nō vacuū eſſe corpus. neq; due magnitudi nes in eodem neq; incorporeo augeri.

¶ Exequitur de propoſito. ⁊ duo facit: qꝛ pmo narrat condi tiones augmēti. 2° dat modū augmēti ſaluando conditio nes illas. 2° ibi. (Suſcipiendū determinantes.) Ad euidē tiam autē pme partis notandū ꝙ quedam cōditiones au gmenti requiruntur ad augmentū tanq̄ ſaluanda. quedaꝫ vo tanq̄ vitanda. ſaluanda enim ſunt tria. primo ꝙ mane at id qđ augetur. 2° ꝙ augeri fiat aliquo adueniente: ⁊ di minui aliquo recedente. ad hoc aūt ſaluandū eſt tertiuꝫ ꝙ quelibet pars aucti ſit aucta ⁊ diminuta: ita ꝙ augmētū ſit generatū maius ſm qđcūq; ſignū ſenſatum. i. ſm quā cunq; partē formalē ⁊ diminutū ſit generatū minus. con ditiones aūt vitāde ſunt tres. pmo ꝙ nō ſit vacuū corpus. ſcđo ꝙ non ſint due magnitudines in eodē loco. 3° ꝙ non cōtingat augeri adueniēte incorpoꝛeo. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Suſcipiendū determinātes prius vnūqđ q; qm̄ anomiomera augent͛. cū omiomera augent͛. cōponitur eniꝫ ex his vnūqđq;.

¶ Dat modū augēdi ſaluās cōditiones predictas ⁊ oſten dit augmētū fieri non per vacuūꝫ: nec propter eſſe duo cor pora in eodē loco. nec adueniente incorporeo: ſed qꝛ attra hitur alimentuꝫ ad ſingulas partes formales ipſius aliti: ſm quē modū ſaluantur omnia que requiruntur ad aug mentum. duo ergo facit: qꝛ pmo ſm dictū modum ſaluat oēs cōditiones augmēti. 2° qꝛ per alimentū ſaluare nitutur cōditiones illas que requiruntur ad augmentū. ideo de ipſo

T.c.39. alimento mouet quaſdā queſtiones. 2° ibi. (Queret autēꝫ aliquis.) Circa pmū tria facit ſm ꝙ tres cōditiones ſunt ſaluāde. pmo eniꝫ ſaluat ꝙ quelibet pars aucti eſt aucta. 2° quō manet id qđ augetur. 3° quō adueniēte aliquo ſit aug

T.c.36. mentum. 2° ibi. (Oportet aūt intelligere.) 3° ibi. (Maius

T.c.38. aūt toto.) In ſaluando quālibet partē aucti eē auctaꝫ tria facit: qꝛ primo oſtendit quō fiat augmentuꝫ. 2° diſtinguit inter partē mālem ⁊ formalē. 3° ex his que dixerat determi nat veritatē intentam. 2° ibi. (Deīde ꝙ caro.) 3° ibi. (Quā tumcunq; igitur.) Dicit ergo ꝙ ſuſcipiēdū eſt quomodo poſſit ſaluari ꝯditiones tacte. ſed anteq̄ hoc fiat determine mus prius vnūqđq; quō augetur. nāꝫ anomiomera: idest corpora partiū diſſimiliū augētur cuꝫ augent͛ omiomera .i. corpora ſimiliū partiū: vnūqđq; enim diſſimiliū partiū cōponitur ex his que ſunt ſimiliū partiū. manus eniꝫ que eſt diſſimiliū ptiū: qꝛ quelibet pars manus non eſt manus cōponitur ex his q̄ ſunt ſimiliū ptiū: qꝛ componit͛ ex carni bus oſſib⁹: ⁊ neruis que ſunt ſimiliū ptiū. q̄libet eniꝫ pars carnis eſt caro ⁊ oſſis os: ⁊ nerui neruus. ꝓpter qđ augmē tatis carnibus oſſibus: ⁊ neruis: que ſunt ſiliū partiuꝫ: ⁊ cōponūt manū augmētat͛ ⁊ manus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Deīde qdē caro ⁊ os. ⁊ vnaq̄q; taliū ptiū eſt duplex: queādmodū ⁊ alioꝝ i mā ſpeciē hñtiū ⁊ eniꝫ mā dr̄ ⁊ ſpēs: caro aut os.

¶ Ponit quādā diſtinctionē de parte ſm formā: ⁊ ſm ma teriam. ¶ Ad cuius euidentiā notandū ꝙ ps ſm formā Nōndū dr̄ omne illud qđ in ſe acceptū poteſt habere actionē talē: ⁊ in ſe cōſideratū habet formā talis. pars vo ſm mām eſt illa que nō niſi coniuncta poteſt habere actionē talem. ex quo apparet ꝙ nō quelibet pars q̄ntūcūq; minima eſt ps ſm formaꝫ: qꝛ poſſet accipi ita modicū de carne: ꝙ ſi accu peretur minus: etiam nō haberet actionem carnis: vel non remaneret ibi ſpecies carnis: ſed quelibet pars quantūcun q; minima eſt pars ſm materiā: nulla eſt enim pars adeo modica in qua non reſeruetur ſpecies carnis: vt eſt cōiun cta alij. lꝫ nō ſeruaretur ibi talis ſpecies ſi acciperetur ſm ſe. ⁊ quod dictū eſt de carne intelligendū eſt de oībus haben tibus formā in mā. predictam enim diſtinctionē omnibus iſtis rebus mālibus adaptare poſſumus: qꝛ eſt vinum ſm ſpēm ⁊ ſm materiā: vt dicatur vinuꝫ: vel lapis ſm ſpeciem qđ in ſe acceptū habet actionem vini: vel lapidis. ſm ma teriam vo que vt alteri cōiuncta habet actionē talem. hoc viſo leue eſt imaginari quō ſit augmentum. In augmēto enim trāſmutatur cibus ad ſingulas ptes mēbri ad ſingu las partes q̄ntūcūq; minimas. ſed ad tales partes in quibus poſſit reſeruari virtus ⁊ actio conuertendi ad ſe tranſmiſ ſum alimentū. ⁊ qꝛ tales ptes ſunt ſm formā ſit tranſmiſ ſio ad quālibet partē ſm formaꝫ: ⁊ augetur quelibet pars ſm formā: non aūt q̄libet ſm mām: qꝛ nō ſit trāſmiſſio ad partes minimas: in quibus nō poſſit reſeruari virtus: ⁊ actio per que fiat cōuerſio alimenti. pmo ergo pmittit talē di ſtinctionem que eſt caro: ⁊ os: ⁊ vnaqueq; taliū partiū ex quibus cōponitur animal eſt dupliciter. videlicet ſm ſpēꝫ ⁊ ſm mām: qꝛ queādmodum diſtinguendū eſt in alijs re bus materialibus: qꝛ vnumqđq; alioꝝ habentiū ſpēm ⁊ mām poteſt diſtingui hoc ſm ſpēm ⁊ hoc ſm materiā. eſt enim lapis ſm ſpeciē: ⁊ ſm mām: ⁊ vinuꝫ ⁊ ſm ſpēm ⁊ ſm mām. ⁊ ſic caro ⁊ os diſtinguenda ſunt. eſt enim caro mā: ⁊ caro ſpēs: ⁊ os mā ⁊ os ſpēs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qualemcūq; igitur partē augmentari ⁊ adueniente aliquo ſecūdū quidē ſpēꝫ eſt cō tingēs. ſecūduꝫ aūt materiam non eſt.

¶ Premiſſo ꝙ etherogenea vt manus ⁊ caput augentur ꝑ homogenea. i. per corpora ſimiliuꝫ partium. ⁊ oſtenſo ꝙ caro ⁊ os ⁊ talia ſimiliū partiū dicūtur dupl͛r: ſm ſpēm et ſm materiam: determinat h̄ veritatem intentam quomo do h̄ corpora ſimilium partiū augentur ſm quālibet par tem. nam q̄libet partem taliū corporum augeri adueniem te aliquo eſt contingens ⁊ eſt verum ſm ſpeciē: non autēꝫ eſt verum ſm mām. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet autem intelligere queādmoduꝫ T.c.36. ſi aliquis menſurabit eadē menſura aquaꝫ. ſemper eniꝫ aliud ⁊ aliud quod generatur. ſic vtiq; augmentatur materia carnis: ſꝫ nō partium cuiuſcunq; aliquid generatur. Sꝫ hoc quidem defluit. hoc autem aduenit for me: aut ⁊ cuicunq; ſpeciei particule.

¶ Oſtenſo quomodo quelibet pars aucti eſt aucta: qȝ eſt verum ſm ſpēm non ſm materiaꝫ. oſtēdit quomodo: opꝫ ſaluari ⁊ manere idem quod augetur ⁊ quod minuit͛ ideꝫ ſm formaꝫ non ſm materiam. duo autem facit. qꝛ pmo fa cit quod dictū eſt. 2° redit ad manifeſtandū quomodo q̄li bet pars aucti eſt aucta: adducēs quoddam ydoneum exē T.c.37. plum ad propoſituꝫ. ibi. (In anomiomeris.) Ad euiden T.c.40. tiam aūt prime partis notandū ꝙ forma magis continet materiā q̄ materia formā. vnde ſic circa finē primi de aīa ſcribitur ꝙ aīa magis continet corpus q̄ corpus aīam ſic

ergo imaginari debemus ꝙ ꝗdiu viuit animal tam diu manet idē ſm aīam: ⁊ ſm formam: ſed tñ aīa ⁊ forma aīalis.ſ. ſemper maneat eadem: aliquando tñ eſt in plũ materia: vt cũ animal augetur: aliqñ in pauciori. vt cũ minuitur. forma ergo manet eadeꝫ. materia vero fluit ⁊ refluit. ıō ait: ꝙ oportet ſic intelligere augmentum: quēadmodum ſi aliquis menſuraret aquā eadē menſura: vt eodeꝫ corio: ſiue eodem vtre: q2 ſi ab eodem vtre flueret ⁊ reflueret aq̄: ſemper aliud ⁊ aliud ageretur: q2 ſemper alia ⁊ alia aqua flueret ⁊ reflueret: ſed ſupple nunc cōtinens aquas ſemper maneret idem. ſic vtiqꝫ cũ augmētatur aliquid materia carnis fluit ⁊ refluit: ſed continens huiuſmodi materiam ſemper manet idē. Jdeo ait ꝙ cuiuſcūqꝫ partiũ ſm formā aggeneratur aliquid: ſed partes ſm materiā hec quidem defluit h̄ aũt aduenit: ita ꝙ materia non manet. ſed defluit ⁊ aduenit forma aũt ſupple manet ⁊ cuiuſcunqꝫ particule ſpēi. ⁊ ſint aliqd aggenerat̃ manet: ergo id qđ augſ manet ſm formā non ſm materiā. ℭ Deinde cũ dicit.

T.c.37. ℭ Jn anomiomeris autē hoc magis manifeſtum. verbi gratia. manui quoniā proportionaliter auctum eſt manifeſtum.

ℭ Redit ad oſtendendũ quomodo quelibet pars aucti eſt aucta: ⁊ duo facit: q2 primo adducit quoddam exemplũ ad propoſitum. ſcđo oſtendit illud exemplum eſſe ydoneum ⁊ bonum ibi. (Materia enim alia.) Dicit ergo ꝙ hoc .ſ. videre quomodo quelibet pars aucti eſt aucta eſt magis manifeſtum in anomiomeris. i. in corporibus diſſimiliũ partium. verbi gratia. in manu videtur ꝙ organũ manus proportionaliter eſt auctũ: q2 proportionaliter quilibet digitus: vel quelibet pars manus augetur: qđ non eſſet niſi ad quãlibet partē tranſmitteretur alimentũ: ⁊ quelibet pars eſſet aucta. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Materia enim alia ens manifeſta magis hic ꝗ̄ in carne ⁊ omiomeris.

ℭ Oſtendit hoc exēplũ eſſe cōueniens ⁊ ydoneum: ⁊ tria facit: q2 primo facit qđ dictũ eſt. 2° qđ dixerat probat. 3° concludit principale intētũ. 2ᵃ ibi. (Jdeo ⁊ mortui.) 3ᵃ ibi. (Quapropter eſt qdeꝫ.) Dicit ergo ꝙ materia que eſt alia ens ⁊ differēs a ſpē eſt magis manifeſta h̄.ſ. in manu ⁊ brachio: ⁊ in aliꝭ que ſunt diſſimiliũ partium ꝗ̄ in carne vel in oſſe: vel in aliꝭ omiomeris que ſunt ſimiliũ partiũ ⁊c: quia in iſtis ſunt magis manifeſta que ſunt ſꝫ ſpeciē: ⁊ que ſunt ſm materiā. ideo in talibus eſt manifeſtũ quod diximus: videlꝫ quō quelibet pars aucti eſt aucta ⁊ quō quelibet pars ſm ſpeciē augetur. ℭ Deinde cũ dicit.

ℭ Jdeo ⁊ mortui magis videtur eſſe caro ⁊ os ꝗ̄ brachium ⁊ manus.

ℭ Probat qđ ſuppoſuerat. dixerat enĩ ꝙ in manibus: ⁊ in talibus que ſunt diſſimiliũ partiũ eſt magis manifeſtũ qđ eſt ſm materiā ⁊ quid non: vel quid eſt ſm ſpeciē: vel quid nō: ꝗ̄ in his que ſunt ſimiliũ partiũ. ℭ Ad cuius euidentiam notandũ ꝙ actio facit ſcire formā: ⁊ q2 actio manus ⁊ brachiꝭ ⁊ hmõi organoꝝ quoꝝ ē mouere: ⁊ agere aliquas actiones extrinſecas eſt magis nota: ꝗ̄ actio carnis: vel oſſis: quoꝝ eſt conuertere alimentũ ⁊ agere actiones extrinſecas: ⁊ ideo mortui magis videntur eſſe caro: ⁊ os ꝗ̄ manus ⁊ brachiũ. ſm enim intentionē phi mortui nihil taliũ ſunt: ⁊ nihil taliũ habent: q2 ſcđm ipſum caro mortua nō eſt caro: nec manus mortua ē manus niſi equiuoce: tamē non eſt ita notē carnem mortuā non eſt carnē: ſicut manũ mortuā non eſſe manuꝫ: q2 non eſt ita nota actio carnis ſicut actio manus. ergo eo ipſo ꝙ caro mortua magis apparet caro ꝗ̄ brachiũ mortuum appareat brachium. probatum eſt quod fuit ſuppoſitum: videlꝫ ꝙ in carne ⁊ oſſe magis latet qđ eſt ſm ſpeciē: ⁊ quid ſm materiā ꝗ̄ in manu ⁊ brachio. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quapropter eſt quidē ſic quātũcunqꝫ carnis auctum eſt: eſt etiam vt non. ſecundum ſpeciem quidem enim quodcunqꝫ aduenit: ſecundum materiam non.

ℭ Concludit concluſionē intentā: videlꝫ ꝗ̄cūqꝫ partē carnis eſſe auctā: ⁊ qđcūqꝫ ſignũ eē auctum. eſt aũt vt ſic. eſt aũt vt nō: q2 ſm ſpēm vnicuiqꝫ parti aliquid aduenit ⁊ q̄libet pars eſt aucta: ſed ſm mām nō. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Maius autem totum generatur adueniēte aliquo quod vocatur cibus: ⁊ contrariũ tranſmutante in eandem ſpecieꝫ. verbi gratia. ſi ſicco adueniat humidum. cum autem adueniat tranſmutatur humiduꝫ ⁊ generatur ſiccum. Eſt quideꝫ ſint ſimile ſimili augmentatur: eſt autem vt diſſimili. T.c.38.

ℭ Oſtenſo quō ſaluatur vna cōditio augmenti: vt quomodo quelibet pars aucti eſt aucta: q2 q̄libet pars ſm formaꝫ nō ſm mām. ⁊ oſtenſo quomodo manet id qđ augeſ ⁊ diminuitur: q2 manet ſm formā non ſm materiā: cum materia fluat ⁊ refluat. oſtēdit quomodo adueniēte aliquo fit augmentum. dicēs ꝙ totum mēbrũ generatur maius adueniēte aliquo qđ vocatur cibus: ⁊ hꝭ cibus in principio eſt cōtrarius ipſi membro: mēbro dico tranſmutante ipſuꝫ cibum in ſpēm eandē. i. in ſpēm propriā: q2 trahit ipſum ad mām ſuam. verbi gratia. ſi mēbro ſicco adueniat alimentum humidũ cũ aduenerit tale: tale mēbro ſicco trāſmutatur in naturā mēbri: ⁊ generaſ ⁊ efficiſ ſiccũ qđ erat prius humidũ. ⁊ ex hoc ſoluta eſt queſtio quā antiqui difficilem reputabant: vtrũ augereſ aliqd per ſimile: vel diſſimile. nā vno modo ſimile augetur a ſimili. alio modo a diſſimili. alimentũ enĩ per quod fit augmentũ in principio eſt diſſimile: in fine ſimile. ℭ Notandũ autē ꝙ phs ſigillatim oſtendit quomodo ſaluātur conditiones ſaluande in augmento: q2 oſtēdit quomodo quelibet pars aucti eſt aucta: ⁊ quō manet illud qđ augetur. ⁊ ꝙ aliquo adueniente fit augmentũ. Quō autē vitantur conditiones vitande non oſtendit: q2 poteſt eſſe per habita manifeſtũ. nam cum fiat augmentũ per cibũ: ⁊ cibus ſit corpus: non fit augmentũ adueniente incorporeo. rurſum cũ augeatur mēbrum: q2 conuertitur cibus in ipſum: non fiet augmentũ per vacuitatem: ſed per cibi cōuerſionem. Amplius cum non cōuertatur cibus in mēbrũ: niſi q2 cuilibet parti ſm formaꝫ aduenit aliquid ipſius cibi: cum ex hoc non ſequatur duo corpora eſſe in eodem loco: non opꝫ ꝙ ſint duo corpora in eodem loco: ſi debeat fieri augmentum. Nōndũ

Videret aũt aliquis quale opꝫ eē ex quo augeſ. Manifeſtuꝫ vtiqꝫ qm̄ potētia eſt illud. verbi gratia. ſi caro potentia carnē: actu aũt aliud: corruptio vtiqꝫ hoc caro generatũ eſt. T.c.39.

ℭ Poſt ꝗ̄ phs dedit modũ augmenti oſtendēdo augmentum fieri per attractionem alimenti ad ſuas partes formales ſm quē modũ abſqꝫ inconuenienti aliquo ſaluātur q̄ requiruntur ad augmentũ. Jn parte iſta mouet quaſdā qōnes circa alimentũ ⁊ alitũ. ⁊ duo facit: q2 primo mouet qōnes p̄dictas. 2° q2 ad augmentũ cōcurrit tam gnō ꝗ̄ nutritio. cōparat augmentũ ad generationeꝫ ⁊ nutritionē. ibi. (Quātũ aũt nulle.) Circa primũ duo facit: q2 primo mouet qōneꝫ de alimento ſm qđ patitur ab alito. 2° mouet que T.c.40

Nōndũ

ſionem de eo prout alitū patiť ab ipſo.ibi.(Quod igitur ⁊ ab hoc.) Circa pmū duo facit:q2 primo oſtēdit quomodo alimentū patitur ab alito qḋ ꝯuertitur in ipſum.2° dat modū3 huius conuerſionis ibi.(Non igitur h̄ eſt.) Dicit ergo ꝙ quereret aliquis quale op3 eſſe quo augetur.i.alimētum quo aliqd augeť.⁊ ſoluit ꝙ alimētū eſt potētia id qḋ auget.verbi gratia.ſi caro eſt illud qḋ augetur per alimētum:op3 ipſum alimentū eſſe potentia carnem.actu autē3 aliud:q2 corrupto hoc.i.alimēto generatū eſt:id quod eſt caro.ex quo apparet ꝙ alimentu3 patiatur:q2 corrumpitur ⁊ ꝯuertitur in alitū.¶ Deinde cum dicit.

¶ Non igitur hoc ipſum ſecundu3 ſe.generatio autem eſſet non augmētatio:ſed quod augetur hoc.

¶ Dat modum conuerſionis:nam ꝙ in cibo genereť forma carnis poteſt intelligi dupliciter:vel ꝙ cibus per ſe exiſtat ⁊ accipiat formā carnis : vel ꝙ huiuſmodi cibus non per ſe exiſtēs:ſed cōiunctus mēbro accipiat talem forma3. igitur in augmento hoc ipſum alimentū nō ſm ſe exiſtēs conuertitur in carnē:q2 tunc eſſet generatio non augmentatio.ſed qḋ augetur eſt hoc ſupple ꝙ in ſe manet ⁊ ꝯuertit ad ſe alimentū.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod igitur ⁊ ab hoc eſt patiens:auctu3 eſt aut mixtu3.quēadmodu3 ſi quis vino ſuperfundat aquā:hoc aūt poteſt vinū facere: quod mixtū eſt.quēadmodū ignis facit uſtū tangens vrenda. Ita in eo qḋ augetur ⁊ eſt actu caro qḋ ineſt augmentatiuū adueniente potentia carne facit actu carnē.

¶ Oſtenſo quomodo mēbrū agit in cibū:oſtendit quomodo patitur ab eo.⁊ duo facit:q2 primo facit quod dictum eſt.ſecūdo aſſignat modum talis paſſionis ibi.(Igitur ſimul ente.) Dicit ergo quod auctu3 igitur.i.mēbru3 quod augetur eſt patiens ab hoc.i.ab alimento.⁊ ſoluit aut mixtum.i.patitur mixtionem quandam.nam quēadmodu3 ſi aliquis vino perfundat aqua3:hoc quod mixtū eſt poteſt facere quod vinu3.i.poteſt facere opera vini:ſed tamē non eſt vinum puru3:ſed vinum mixtū:ita alimentū conuerſum in carnem facit carne3 mixtam:q2 non eſt caro ita pura ſicut prius.⁊ ſi queratur quomodo caro poteſt ad ſe cōuertere alimentum.dicemus ꝙ quēadmodū ignis tangens vrenda facit id quod tāgit uſtum.i.aduſtu3 ⁊ ignitū ita in eo qḋ augetur quod eſt actu caro augmentum.i.alimentum qḋ ineſt ſibi:⁊ qḋ aduenit ei facit ipſum actu carnem.alimēto dico adueniente exiſtente carne potētia.q.d. ꝙ ſicut ignis:q2 eſt actu talis facit potentia ignita.ita mēbrum quod eſt actu caro facit cibum:qui eſt potentia caro actu carnem.¶ Deinde cum dicit.

¶ Igitur ſimul ente ſi enim ſeorſum generatio eſt.Eſt enim ignem facere ad exiſtentem adiungentes ligna.ſed ſic quidē eſt augmētatio.quando autem ipſa ligna per ſe incenduntur generatio eſt.

¶ Dat modum illius paſſionis.nā hoc modo mēbrū patiť a cibo mixtionē quāda3:q2 cibus ſimul mēbro cōiūgitur. ideo ait.ſimul igitur ente.ſi eni3 alimentū ſeorſum ⁊ ſeparatū acciperet formā carnis vt ſuperius dicebatur generatio eſſet.eſt itaq3 i.contingit duobus modis ex lignis facere ignem.vno modo ꝙ ad igne3 exiſtentem adiungantur ligna:⁊ ſic qdē illud eſt augmētatio:ſed ſi ipſa ligna ꝑ ſe incenderentur eſſet generatio.ſic ſi cibus acciperet formam carnis per ſe exiſtens generatio eſſet : ſed ſi ſit coniunctus membro augmentatur.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quantum aute3 vniuerſale quide3 nō generatur.quēadmodū quidē nec animal:nec quidem homo:nec aliqd ſingulariū.ſed vt hic vniuerſale:illic autē quantū. T.c.40

¶ Determinat de augmento per cōparationem ad generationem ⁊ nutritionē.⁊ duo facit:q2 pmo cōparat augmētū ad generationē.2° ad nutritionē.ibi.(Caro aūt.) Dicit ergo ꝙ ſimile eſt de generatione ⁊ augmētatione:ꝙ nunquā generatur:nec fit q̄tū vniuerſale:ſicut nec generatur animal vl̄e:nec homo nec aliquid aliud ſingulariū taliu3 quale ſingulare eſt huiuſmodi.conſuetudo autem eſt pħi appellare ſpeciē ſingularem reſpectu generis.cu3 ergo ait ꝙ nō generatur:vl̄e nec ſingulare intendit ꝙ non generatur genus nec ſpēs.alia aūt littera.vbi nos habemus nec.h3 niſi.⁊ tūc eſt planus textus:q2 nō generatur vl̄e niſi aliquid ſingulariū ⁊ tūc exponendū eſt ſingulare pro indiuiduo non pro ſpē.addit aūt ꝙ ſicut h̄:vt in generatione fit vl̄e:ita illic generatur quātū:ſiue generatur qui eſt q̄tum ⁊ qḋ eſt q̄tū:q2 generato q̄to particulari generatur q̄tū vniuerſale:ſicut generato particulari homine generatur vniuerſalis homo.¶ Deinde cum dicit.

¶ Caro autē aut os aut manus ⁊ hoꝝ omiomera adueniente quide3 aliquo quanto:ſed nō carne quāta.¶ Secūdū id igitur qḋ potentia vtrunq3.vbi grā.q̄ta caro ſic auget: etenī quātā oportet generari ⁊ carnē.ſm id eni3 ꝙ ſolū ſubſtantia caro nutrit.etenim ſic differunt cibus ⁊ augmētatiuū ratione. T.c.41.

¶ Cōparat augmentū ad nutritione3:⁊ duo facit: q2 pmo facit qḋ dictum eſt.2° dat cauſam tam augmenti q̄3 nutritionis.ibi.(h̄ ſpēs ſi materia.) Circa primu3 tria facit: q2 primo comparat nutrire ad augere.ſecūdo dat differentiā inter ea.tertio cōcludit nutrimentu3 ⁊ augmentū aliquo modo eſſe eadem aliquo modo diuerſa.2° ibi.(Ideo nutritur.) 3° ibi.(Et nutrimentu3.) Dicit ergo ꝙ caro ⁊ os que ſunt corpora ſimilium partium:⁊ manus que eſt quoddā totum ad horum omiomera.ideſt ad carnē:⁊ os:⁊ ad corpora que ſunt de numero taliū ſimiliū partium.talia autem augētur aliquo quanto adueniente:ſed non carne q̄ta in actu.cibus eni3 qḋ auget ⁊ eſt caro q̄ta in potentia: ⁊ ſm ꝙ potentia vtrūq3 auget ⁊ nutrit.verbigratia. nam ſm ꝙ eſt caro q̄ta auget.op3 enim augmētari carnē quātam.i.carnem magnam ſiue carnē maiorē ad hoc vt fiat augmētū.ſm id aūt qḋ eſt ſolum caro nutrit:⁊ illo modo differunt cibus ⁊ nutrimentū:q2 alia ratione fit augmentum:⁊ alia nutrimentū.¶ Deinde cum dicit.

¶ Ideo nutritur quis quouſq3 ſaluatur ⁊ diminuitur.augmentať autē non ſemper.

¶ Dat quandam differētiam inter augere ⁊ nutrire.dicēs. ꝙ quouſq3 diminuitur animal:⁊ ēt quouſq3 ſaluať. ſemper nutritur:q2 ſemper generatur caro:ſed nō ſemꝑ augetur:q2 non ſemper generatur caro q̄ta.i.caro magna ſiue caro maior.aliqñ enim eſt maior deperditio q̄3 reſtauratio:⁊ tunc l3 ex nutrimento generetur caro:non tñ efficiatur caro q̄ta.i.magna cū reſtauratio ſit minor deperditione.

¶ Notādū aūt ſpāliter pħm dixiſſe ꝙ q̄diu diminuitur aīal:⁊ etiā q̄diu ſaluať ꝙ ſemꝑ nutritur:q2 nō eſt dubiu3 quin cu3 augmentatur nutritur.Cū generatio carnis q̄te preſupponat generatione3 carnis.ſed dubiu3 forte eſſet vtrum cū diminuitur:vel etiam vtrum quādiu viuit animal poſſit dici ꝙ nutritur.¶ Deinde cum dicit. Nōdū

¶ Et nutrimentū augmentationi id idez eſt quidē eſſe aūt aliud. Secundū id eniz ꝙ id quod aduenit potentia quanta caro augmētatiuum carnis eſt. ſecundū id autez quod ſolum potentia caro nutrimentū.

¶ Concludit nutrimentū ⁊ augmentū eſſe aliquo modo aliud. dicens ꝙ nutrimentū eſt id idem augmētationi: qꝛ idem eſt ſubiectū vtriuſq; ſm rem ⁊ eſſentiam: tñ ſm rōnem ⁊ ſm eſſe eſt aliud. nam ſm qḋ aduenit mēbꝛo: ⁊ eſt caro q̃ta potentia eſt augmentū carnis. ſm v° qḋ eſt ſolū po° caro nutrimentū facit. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hec autem ſpecies ſine materia: vt imaterialis potētia aliqua in materia eſt. ſimiliter autem ⁊ aliud quodcūq; oꝛganū. ſi autē aduenit aliqua materia ens potentia imaterialis habēs ⁊ quantū potentia he erūt imateriales maioꝛes. ¶ Si aūt amplius facere nō poteſt: ſed vt aqua vino ſemꝑ amplius. mixta in fine aquaticū facit ⁊ aquam. tunc diminutionem faciet quanti ſpecies aūt manet.

¶ Aſſignat cām tam nutrimenti q̃ augmenti. cauſa enim hoꝝ eſt natura animalis: ſed natura aīalis poteſt mihi dicere vel materiam tantum vel formaz tm̄: vel cōgregatū ex vtroq;. ⁊ qꝛ actiones ſunt ſuppoſitoꝝ tota natura aīalis eſt qḋ operatur in cibū ⁊ conuertit ipſum: ⁊ licet a tota natura ſit hꝰ actio: eſt tñ a tota natura rōne forme: nō rōne materie: ita ꝙ ꝑncipale in actione eſt forma. ideo ait ꝙ hec cauſa nutrimēti ⁊ augmēti eſt ſpēs. i. forma ⁊ natura carnis ſine materia: qꝛ ratio ⁊ principium huius actionis non debet attribui materie: ſed aliqua potentia vt eſt immaterialis. i. vt eſt formalis ſiue ipſa forma que habet eſſe in materia eſt cauſa huius nutrimenti ⁊ augmēti. ⁊ quod dictum eſt de carne dictū eſt de manu ⁊ de quocunq; alio oꝛgano: ſiue de quocūq; mēbꝛo: qꝛ natura ⁊ forma exñs in tali mēbꝛo eſt ratio augendi ⁊ nutriendi. ideo ait: ꝙ ſi adueniat mēbꝛo ſiue carni aliquid qḋ eſt ens in materia ⁊ ens in potentia reſpectu eius vt cibus qui eſt caro in potentia: tunc potentia imaterialis. i. potentia ⁊ virtus formalis: ſiue ſpēs ⁊ forma ſic habens virtutem ⁊ potentiam qua poſſit facere potentia q̃tum. i. potentia magnū: vt ꝙ poſſit plus conuertere q̃ ſiat deperditio erunt augmentū: ⁊ he partes imateriales erūt maioꝛes: qꝛ forma erit in pluri materia. cum autē non poteſt amplius facere: tunc deficit augmentum: vel etiaz deficit animal: tanta poteſt eſſe debilitatio virtutis. ſic eñ imaginari debemus ꝙ alimento ſemper generatur caro mixta ⁊ impura ⁊ propter huiꝰ impuritatem: ita debilitatur virtus ꝙ non poteſt plus cōuertere: vel etiam nec tm̄ quanta ſit deperditio: ⁊ tunc ceſſat tempus augmenti. ad vltimū autē debilitatur in tm̄ ꝙ non poteſt vlterius cōuertere: ⁊ tunc deficit ⁊ moꝛitur animal. vnde eſt ſicut aqua vino mixta que ſemper amplius mixta in fine facit vinū aquaticū ⁊ quaſi aquaz: ⁊ ſic qñ erit caro aquatica ⁊ impura faciet diminutionem quātitatis qꝛ ceſſabit tēpus augmenti cū non poſſit plus reſtaurare q̃ ſiat deꝑditio: tñ qꝛ non ſtatim cū ceſſat augmentū deficit aīal. ideo ſpecies ⁊ forma manet. ſed ad vltimum. vt dictum eſt: opꝫ ꝙ totū ſiat aqua ⁊ ꝙ animal deficiat.

T.c.43 Quoniam autez opoꝛtet primū de materia: ⁊ de vocatis elementis dicere: ſiue ſint ſiue non. ⁊ vtrū ſempiternale vnumquodq; aut generatur qualiter. ⁊ ſi generatur vtrū ex inuicez generent omnia eodez modo aut aliqḋ primum eoꝝ vnū eſt. Neceſſe eſt vtiq; priꝰ dicere de quibus indeterminate dicit nunc.

¶ Ut dicebatur ſuperius in hoc libꝛo intēdit philoſophus determinare de ipſa generatione: ⁊ de aliis motibus annexis. In ſecundo v° de ipſis naturaliter generatis. Determinabitur enim in ſecundo de materia ⁊ de elemētis quo modo ex ſe inuicem naturaliter generantur: ⁊ qꝛ determinare de tactu. ⁊ de actione ⁊ paſſione ⁊ de mixtione deſeruit tā generationi de qua determinatur in ipſo q̃ ⁊ ipſis generatis de quibus determinatur in ſecūdo. ideo anteq̃ incipiat materiaz ſecundi libꝛi exequitur de predictis: ⁊ duo facit: qꝛ pꝛimo oſtendit ꝙ determinare de actione ⁊ paſſione ⁊ tactu ⁊ mixtione ſpectat ad pꝛeſens negocium. ſecundo exequitur de pꝛedictis. 2° ibi. (Pꝛincipiū autez.) Circa pꝛimū duo facit. qꝛ pꝛimo oſtendit ꝙ determinare de pꝛedictis ſpectat ad pꝛeſens negociū: qꝛ deſeruit materie ſecūdi libꝛi. ſcḋo oſtēdit ꝙ determinare de talibus deſeruit ipſi generationi: de qua tractatur in ꝑmo libꝛo. 2° ibi. (Eſt aūt cōgregatio.) Circa pꝛimū duo facit: qꝛ pꝛimo facit qḋ dictum eſt. 2° aſſignat cauſam dicti. ibi. (Omnes enim q̄ elementa.) Dicit ergo ꝙ in ſecūdo reſtat dicere pꝛimū. i. pꝛincipaliter de materia ⁊ de vocatis elementis ſiue ſint huiuſmodi elemēta ſiue non. ⁊ dato ea eſſe oſtēdetur vtrū vnumquodq; elementoꝝ ſit ſempiternum aut generatur: qualiter. i. aliqualiter vnū ex alio: vtrū eodem modo generen- p°op. tur oīa ex ſe inuicez aut eoꝝ elementoꝝ eſt aliquod vnum pꝛimū. ¶ De elementis enim ſunt triplex opinio apud antiquos. quidam enim poſuerunt oīa elementa ingenerabi- 2°op. lia ⁊ incoꝛruptibilia: vt empedocles ⁊ ſui ſequaces. Quidam autē dixerunt ſolum vnū elementum eſſe tale: ⁊ ſm hunc moduz omnia elementa acceperunt iudicem pꝛeter terram: qꝛ nullus dicit illud coꝛpus incoꝛruptibile ⁊ pꝛincipium omniū eſſe terrā: ſed aliqui dixerunt ipſuz eſſe ignē 3°op. aliqui aerem aliqui aquam. Quidā v° poſuerunt omnia elementa generabilia ⁊ coꝛruptibilia partim ⁊ eodem modo: qꝛ nullū elementoꝛum poſuerunt pꝛincipiū omnium: ſed aliquod medium inter ea dixerunt eſſe alioꝝ ꝑncipiū: qualitercūq; tñ elemēta ſunt generabilia ſi de ipſis elemētis generatis volumus tractatū facere. neceſſe eſt vtiq; dicere pꝛius de illis de quibus nunc ab antiquis dicitur indeterminate. i. neceſſe eſt dicere de mixtione tactu actione et paſſione: qꝛ antiqui de talibus non pꝛotulerunt determinatam ſententiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omnes enim qui elementa generātes et que ex elementis ſegregatione vtuntur ⁊ cōgregatione ⁊ facere ⁊ pati.

¶ Manifeſtat qḋ dixerat dicēs. ꝙ oēs generantes elementa ⁊ ea q̄ ſunt ex elemētis vtuntur ꝯgregatione ⁊ ſegregatione: ⁊ ita mixtione vtunt̄ ⁊ tactu: qꝛ in cōgregatione quedam mixtio ⁊ qd̄d tactus reſeruatur. determinare ergo de iſtis deſeruit ipſis elementis generatis. inquātum antiqui determinando de eis vtebantur iſtis ⁊ non manifeſtāt qd̄ nole talium impoꝛtabatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt autem congregatio mixtura quomodo autem miſceri dicimus non determinatum eſt manifeſte.

¶ Oſtenſo ꝙ determinare de pꝛedictis deſeruit ipſis elemētaribus coꝛpoꝛibus generatis. In parte iſta oſtendit ꝙ determinare de his deſeruit ipſi generationi ſimpliciter ſumpte. ⁊ qꝛ in pꝛimo libꝛo magis determinatur d: generatione ſimpliciter. in 2° libꝛo magis de gñatione hac. vt de ge-

nerationē elementoꝝ. ideo oſtenſum eſt quomodo tractatus iſte deſeruit materie ſcḋi libri. nūc aūt reſtat oſtendere q̄ūo deſeruiat materie primi libri. Circa qḋ tria facit: q2 p̄mo oſtendit hoc de mixtione. 2° oſtendit hoc de agere ⁊ pati. 3° de tactu. 2ª ibi. (Sed nec alterari.) 3ª ibi. (Sed ſi de facere ⁊ pati.) Dicit ergo ꝙ q2 congregatio eſt mixtura quedam: ⁊ ſupple: q2 ſm opinionē omniū antiquoꝝ3 generatio quedā congregatio eſt. vel etiam ſm veritatem cōgregatio ⁊ ſegregatio ad generationem faciunt: q2 ſegregata ⁊ congregata exiſtunt leuiter generabilia ⁊ corruptibilia. cū aūt ſit ab aliīs pħis determinatū manifeſte quēadmodum contingit aliquid miſceri ⁊ congregari. ꝯgruum eſt ſupple ꝙ nos determinemus ⁊ oſtēdamus q̄ūo ſit mixtio: cū hoc deſeruiat ipſi generatiom. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed nec alterari poſſibile nec ſegregari ⁊ congregari nullo faciente aut patiente.

¶ Oſidit qūo nō pñt eſſe multa ꝯtinua: ⁊ duo facit: qꝛ ꝑ facit qđ dcm̄ eſt: qꝛ ex ꝑdictis adducit ſpālē rōnē: ꝙ oꝫ negare motū. 2° ibi. (Amplius aūt ſic fore.) Diceret forte aliqs ꝙ ſunt multa: qꝛ eſt dare corpus cōtinuū vel cōtiguū. ⁊ cū hꝰ corpus erit diuiſum oꝫ multa fore: cui obuiabat melliſſus: qꝛ ſi ponatur tale corpus diuiſibile in vna parte: poterit diuidi vbiqꝫ: ⁊ diuiſo vbiqꝫ nō remanebit aliquod corpus: ⁊ iō facta tali diuiſione neceſſe eſt qđ remanet nō eſſe vnū: ſed eē vacuū: nā ſi corpus ē vbiqꝫ diuiſibile nihil eſſet vnū.i. nihil remaneret cōtinuuꝫ diuiſione cōpleta: quapꝑ nec ēt eſſet multa. ſed vacuū eē. Si aūt dicat̃ corpus tum qdē diuiſibile: tū aūt nō: videbat̃ ficticiū. nam ſi dicamus corpus eſſe diuiſibile vſqꝫ q̄tum.i. vſqꝫ ad aliquid: ita ꝙ vlteri⁹ ñ ꝓgrediat̃ diuiſio: q̄ret̃: q̄re ħ vtiqꝫ hꝫ eſſe totius.i. hꝫ eē totale ⁊ eſt plenum: ⁊ nō pōt vlterius diuidi: ħ aūt eſt diuiſum. q.d. nō eſt dare cām: qꝛ ḡ melliſſus nō poterat attēdere ꝙ facta diuiſione ſꝫ qđcūqꝫ ſignū ꝙ remaneret corpus inane ⁊ vacuū: vt negaret vacuū negauit talē diuiſionem: qꝛ qua rōne pōt diuidi corpus ſm vnū ſignū pt̃ diuidi ſm qđcūqꝫ ſignū vt nō cogeret̃ ꝯcedere illud eſſe diuiſibile ſm qđcūqꝫ ſignū negauit oēm diuiſionē. ideo dixit nullo mō eē multa nec actu nec po^a: cū poneret illđ vnū eē nō ſolū indiuiſum: ſꝫ ēt eē indiuiſibile. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Amplius autem ⁊ ſic fore neceſſarium nō eſſe motionem.

¶ Ex ꝑdictis adducit ſpālem rōnem qūo negabat motū: ⁊ qꝛ ad ſenſuꝫ videmus motū eſſe: iō duo facit: qꝛ ꝑ ponit rationē predicteꝫ. ſcđo oſidit q̄re melliſſus negabat ſenſum ibi. (Ex his igitur.) Dicit ḡ: amplius autem ſic.i. ꝑꝑ predicta: vt qꝛ non pñt eſſe multa: neceſſe eſt motionē nō fore.i. non eſſe: cuꝫ motus ſemper requirat multa: requirit.n. motorem ⁊ mobile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ex his igit̃ vtiqꝫ ſermonibus tranſcēdentes ſenſuꝫ ⁊ deſpiciētes eum enunciant ac ſi

conueniẽs rationem ſequi vnum ⁊ immobile omne eſſe dicunt.

¶ Et cõcludit ex dictis quõ negabat ſenſum dicens: ꝙ melliſſus ⁊ ſui ſequaces ꝓpter ſermones predictos erant tranſcendentes ſenſum ⁊ deſpicientes cum dicentes ꝙ conueniens eſt ſequi rationem ⁊ nõ ſenſum: ideo dicebat eſſe vnũ ⁊ immobile: q: hꝫ iudicabat rõ: licet ſenſus diceret contrarium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et infinitum quoddam: finem enim finire vtiqꝫ ad vacuum.

¶ Ut dicebat. Oſtendit illud vnũ immobile eſſe infinitũ: ⁊ tria facit: q: primo facit quod dctm̃ eſt. ſecundo epilogat circa determinata. 3° increpat melliſſum de ſui dementia.
T.c.59. ſecũda ibi. (Hi ergo ita.) 3° ibi. (Amplius autem in ſermone.) Dicit ergo ⁊ infinitũ quoddã. i. illud immobile ponebant eſſe quoddã infinitũ: finẽ. n. non dabant ei: q: vt dice-
Nōndū bant finire eſt ad vacuum. ¶ Notandũ autem ad euidentiam dicti melliſſum ſic arguiſſe: ſi finiẽ aliquid vel terminatur ad aliquid: ⁊ ad plenũ vel ad nihil: ⁊ ad vacuũ: ſed ſi dicatur ꝙ terminatur ad plenũ tunc quero de illo pleno: vtrũ terminetur ad vacuũ vel ad plenũ: ⁊ q: melliſſus valde abhorruit vacuum: vt nõ cogeretur ponere ipſũ: maluit ponere proceſſum in infinitum dicens illud vnũ immobile non habere finem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hi vero pp cãs has enũciãt ita de veritate.

¶ Epilogat circa determinata dicẽs ꝙ hi. ſ. melliſſus ⁊ ſui ſequaces pp dictas cãs: ita enunciauerunt de veritate. i. de eo qd̃ credebant eſſe verum. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.59. ¶ Amplius autem in ſermone videtur hoc qdẽ cõtingere: in rebus aũt dementie eſt ſimile opinari ita: nullũ enim dementiũ egredi intantũ vt ignẽ ⁊ glatiem vnum eſſe exiſtimet: ſed ſolum bona ⁊ apparẽtia: propter aſſuetudinem hec quibuſdam nihil videntur differre propter dementiam.

¶ Increpat melliſſum de ſua demẽtia dicẽs: ꝙ in ſmone hꝫ videtur contingere poſſe. poteſt. n. homo dicere ꝙ eſt vnũ tm̃ immobile ⁊ infinitũ: ſed opinari ita eſſe in rebus eſt ſile dementie: ⁊ dicit ſile ⁊ non dicit equale: q: hoc tranſcẽdit oẽm demẽtiã. nullꝰ. n. de numero demẽtiũ videmus in tm̃ egredi a veritate: vt determinaret vnum eſſe ignẽ ⁊ glaciẽ qd̃ exterminabat melliſſus cũ diceret oĩa eſſe vnũ. Sed dementes ꝓpter cõſuetudinem male eligendi ſolũ videntur deficere: q: nõ diſcernunt inter bona ſimplr̃ ⁊ apparentia quibuſdam enim pp dementiam hec. ſ. bona ſimpliciter ⁊
T.c.60. apparentia nihil videntur differre.

Eucippus autẽ exiſtimatus ẽ habere ſermones: q ad ſenſum cõfeſſa dicentes: non enim deſtruebat generationem neqꝫ corruptionẽ neqꝫ motũ neqꝫ multitudinem entium: cõfitebatur autem ea apparentibus.

¶ Narratis opinionibus antiquorum. In pte iſta cõparat eos ad ſeinuicẽ: ⁊ tria facit: q: primo cõparat opinionẽ democriti ad opinionẽ melliſſi. ſcdo comparat dictam opionem ad opionem empedoclis. 3° cõparat eam ad opiones
T.c.61. Plato. ſcda ibi. (Sꝫ vt empedocles.) 3° ibi. (Simuliter ⁊ aliorum oĩum.) Circa pmũ tria facit: q: primo narrat opi-
T.c.62. nionẽ democriti ⁊ leucippi. ſcdo narrat opinionem melliſſi. tertio ex opionibus narratis dat dĩam inter eas. ſecũda ibi. (Cõſtituentibus aũt vnũ.) 3° ibi. (Sed oẽ qd̃ tale.) Dicit ergo ꝙ leucippus ſiue democritus. fuerunt. n. leucippus ⁊ democritus college ⁊ ſocij: ⁊ qd̃ dicebat vnus dicebat alius: dictus ergo leucippus ſiue democritus exiſtimatus eſt habere ſermones qui ſermones erãt dicentes cõfeſſa ad ſenſum: q: nõ deſtruebat nec generationẽ nec corruptionẽ: neqꝫ motũ: neqꝫ multitudinẽ entium: cõfitebatur aũt oĩa ea que apparent ad ſenſũ. ¶ Deinde cuꝫ dicit.

¶ Conſtituentibus aũt vnuꝫ vt nõ entẽ motionem: ſi nõ vacuũ facere vacuũqꝫ nõ ens: ⁊ entis nihil. non ens inquit eſſe ꝑncipaliter enim ⁊ plenum eſt ens.

¶ Narrat opionẽ melliſſi. dicens ꝙ cõſtituentibus vnuꝫ. i. melliſſo ⁊ ſuis ſequacibus qui dicebant omnia vnuꝫ eẽ: cõtingit dicere non eſſe motionẽ: ſi nõ ſit facere vacuum eſſe non ens: ⁊ eſſe nihil entis. plenum aũt vt dicebãt eſt ens ꝑncipale. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed omne qd̃ tale: non vnum: ſed infinita multitudine: ⁊ inuiſibilia pp paruitatem tumoris: hec aũt in vacuo ferri: vacuũ. n. eſſe.

¶ Narratis opionibus dat dĩam inter eas: ⁊ tria facit. q: primo ſepat opinionẽ democriti ab opinione melliſſi q̃tũ ad ꝑncipia. ſecundo q̃tum ad ea q̃ ſequunẽ ex ꝑncipijs. 3° q̃tũ ad vtrũqꝫ. ſcda ibi. (Et cõſtãtia qdẽ.) tertia ibi. (Secundũ. n. id non vnum.) Continuatẽ ſic: ita dixit melliſſus: q: poſuit tantũ vnũ qd̃ vocabat plenum: ⁊ negauit vacuũ hꝫ democritus oẽ qd̃ erat tale. i. ꝙ erat plenũ non dixit eſſe vnũ tm̃: ſed ponendo principia rerum dixit ea eſſe infinita multitudine: ⁊ dixit ea inuiſibilia pp paruitatẽ tumoris idest magnitudinis. rurſuꝫ non negauit vacuũ. ſed dixit hꝫ idest talia corpora ferri in vacuo: ponebat enim eſſe vacuũ ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et conſtantia quidem generationem facere: diſſoluta autem corruptionẽ: facere aũt ⁊ pati ſm ꝙ exiſtunt tangentia.

¶ Separat opinionem democriti ab opinione melliſſi quãtum ad ea que ſequuntur ex principijs. non enim ſolum differebant in ponendo principia: quia vnus poſuit infinita alius vnum tantum: ſed etiaꝫ democritus potuit ſaluare tranſmutationem ⁊ motus que ſequuntur ex pricipijs. non autem melliſſus: dicebat enim Democritus predicta corpora indiuiſibilia ſm ꝙ erant conſtantia ⁊ coniuncta generationem facere: diſſoluta autem corruptiões: ſm vero ꝙ exiſtebant tangentia ſe cauſabant facere ⁊ pati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Scdm enim id nõ vnũ eſſe: ⁊ compoſita ⁊ cõplicata generare. ¶ Et ſm autem veritatẽ ex vno nõ cõtingit generari multitudinẽ neqꝫ ex vere multis vnũ: ſꝫ eẽ hoc impoſe. T.c.61.

¶ Separat dictas opiniones quantum ad principia ⁊ principiata ſimul: democritus enim ponebat mixta ⁊ compoſita non eſſe ſimpliciter vnum: q: poterant diuidi: ſed indiuiſibilia corpora erant vnum ſimpliciter ⁊ ſm veritatem dicebat enim corpora indiuiſibilia compoſita ⁊ complicata generare mixtum: ⁊ ſecundum id quod generabant tale mixtum dicebat ea non eſſe vnum ſimpliciter: q: ſm veritatem: ⁊ ſimpliciter nec ex vno contingit generari multitudinem nec ex vere multis vnum: ſed hoc eſt impoſſibile: ſaluabat ergo Democritus veritatem ſimpliciter quantum ad principia ⁊ vnitatem quodammodo quantuꝫ ad mixta que ſunt ex principijs quod non poterat ſaluare melliſſus cum poneret tm̃ vnuꝫ eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.61. ¶ Sed vt Empedocles ⁊ aliqui alioꝝ inquũt pati per poꝛos: ita ⁊ oẽm alteratione ⁊ omne pati hoc modo generari per vacuũ factã diſſolutione ⁊ coꝛruptione: ſimiliter autez ⁊ augmentationem ſubintrantibus ſolidis.

¶ Cõparat opinionẽ Emdedoclis ad opinionẽ Democriti: ⁊ duo facit: q2 pꝛimo cõparat dictas opiniones ſm conueniẽtiã. 2° quantũ ad dr̃iam: ibi. (Et ad coꝝ põnes.) Circa pꝛimum tria facit: q2 pꝛimo oñdit dictas opiniones cõuenire in poſitione poꝛoꝝ. ſc͞do in poſitione coꝛpoꝛum indiuiſibilium. tertio epilogat circa determinata. 2° ibi. (Fere
T.c.62. autem ⁊ empedocles.) tertia ibi. (Modi quidem igitur.) Dicit ẽ q2 contingit dicere democritũ vt empedoclem ⁊ vt aliqui alioꝛuz ſui ſequaces inquiunt pati per poꝛos: ita q2 omnez alteratione: ⁊ omne pati ſupple per poꝛos ſaluabat ⁊ hoc modo loquebatur democritus: qui dicebat generari per vacuũ: ⁊ coꝛrũpi facta diſſolutione ⁊ coꝛruptione in vacuo: ſic etiam ⁊ augmentationez dicebat fieri: q2 ſolida ſubintrabant vacuitates quaſdam: ſed ſupple idem eſt ponere poꝛos ſm quos intrẽt coꝛpoꝛa ⁊ ſe contingant ⁊ agãt qđ faciebat Emped. ⁊ ponere vacuitates p quas hec fiũt: qđ faciebat Democritus: ⁊ ideo in poſitione poꝛoꝝ nõ differunt dicte opiniones. ¶ Deinde cum dicit.

T.c.62. ¶ Fere aũt ⁊ Empedoclem neceſſe dicere vt Leucippus inquit: etenim eſſe quedã ſolida ⁊ indiuiſibilia: aut ſi nõ vbiqꝫ poꝛi ⁊ cõtinui ſunt: hoc aũt ĩpoſſibile: nihil enim aliud ſolidum extra poꝛos: ſed omne vacuuz: neceſſe igitur tãgentia quidẽ eſſe inuiſibilia: media autem eoꝛũ vacua quos ille dicit poꝛos: ita aũt ⁊ leucippus dicit de facere ⁊ pati.

¶ Oſtendit dictas opiniões conuenire in poſitione coꝛpoꝝ indiuiſibilium: dicens q2 Empedoclez fere neceſſe eſt dicere vt Leucippus inquit. neceſſe eſt eñ ſm Empedoclẽ eſſe indiuiſibilia ſolida inter poꝛos: q2 ſi hoc non ponatur poꝛi erunt vbiqꝫ ⁊ continui: quod eſt impoſſibile: q2 tunc ſolidum non eſſet aliud preter poꝛos: ſed eſſet totum vacuũ: vt ergo poꝛi non ſe tangant: neceſſe eſt eſſe aliqua coꝛpa indiuiſibilia ſiue inuiſibilia tãgentia ſe: media aũt hoꝝ coꝛpoꝝ eſſe vacuitates quas ille dicit eſſe poꝛos: ita ⁊ Leucippus dicit de facere ⁊ pati ponens coꝛpoꝛa idiuiſibilia ſe cõtingere propter quaſdam vacuitates: dr̃ia ergo erat in modo loquendi: q2 ille dicebat eſſe vacuitates quas ſubingredebantur coꝛpa indiuiſibilia. Empedocles vero dicebat eſſe poꝛos. Aduertendũ aũt nouã tranſlationẽ in h̃ paſſu defectiuã eſſe: recurrendũ eſt ergo ad veterez vt habeatur intentio auctoꝛis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Modi igit̃ ſm quos: hec qdem faciunt: hec aũt patiunt̃ fere hi dicunt̃: ⁊ de his qdẽ ⁊ quomodo dicunt manifeſtũ eſt.

¶ Epilogat circa determinata: q2 modi ſm quos h̃ coꝛpa faciunt: h̃ aũt patiuntur fere hi dicunt̃ qui dicti ſunt: ⁊ addit q2 manifeſtum eſt quomodo dicuntur de his. i. de agere ⁊ pati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ad coꝝ poſitiones qbus vtunt̃ fere cõfeſſe vr̃ cõtingens: alijs aũt minus verbi. g. Empedocli quomodo erat generatio ⁊ coꝛruptio ⁊ alteratio non eſt manifeſtum.

¶ Dat dr̃iam inter dictas opiniones: ⁊ duo facit: q2 pꝛimo dat huius dr̃iam. 2° qđ dixerat manifeſtat: ibi. (His enim erant.) Dicit ergo q2 ad poſitiones eoꝛum ſupple contigit aſſignare dr̃iam q̃ntum ad ea quibus vtuntur: nã ꝯtigens aut ſupple ſm Democritũ. i. id qđ Democrit° dicebat cõtingere ⁊ eſſe: fere vident̃ eſſe cõfeſſe: q2 ſenſus ⁊ apparẽtia videntur confiteri illud: ſed cuz Empedocles in ſaluando apparentiam dixit minus alijs: ideo ſubdit quaſi exponẽdo quod dixerat q2 empedocles. i. ſm dicta Empedoclis non eſt manifeſtum quomodo erat generatio ⁊ coꝛruptio vel etiã alteratio: q2 in loquendo de talibus non complete ſaluauit cõfeſſa ⁊ apparentia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ His enim erunt coꝛpa idiuiſibilia pꝛima coꝛpoꝝ foꝛmis dr̃ia ſolũ: ex qbus pꝛimũ cõponunt̃ ⁊ in que vltimo diſſoluuntur.

¶ Manifeſtat dictaz dr̃iam: ⁊ duo facit: q2 pꝛimo oñdit q2 democritus ſaluabat plures apparentias. 2° q2 Empedocles ſaluabat paucioꝛes: ibi. (Empedocles autem.) Oſtẽdit ergo q2 his. ſ. democrito ⁊ ſuis ſequacibus erant coꝛpoꝛa indiuiſibilia pꝛima idest pꝛincipia alioꝛuz coꝛpoꝝ que indiuiſibilia pͥcipaliter ſupple ſolũ differebant foꝛmis ex quibus coꝛpoꝛibus indiuiſibilibus pꝛimum componunt̃ alia coꝛpa: ⁊ vltimo diſſoluunt̃ in ea: ⁊ vt p3 per habita ⁊ per hꝫ pꝛincipia oẽs appẽntias ſaluabat. ¶ Notãdũ aũt democritum voluiſſe indiuiſibiliũ coꝛpoꝛa differre tripliciter foꝛma ſiue figura: põne: ⁊ oꝛdine: tamẽ q2 dr̃ia per foꝛmam erat differentia pꝛincipalis: ideo dicit h̃ differre ſolũ foꝛmis. ¶ Deinde cum dicit. Nõndũ

¶ Empedocles aũt alia qdem manifeſtũ: qm̃ vſqꝫ ad elementa habent generationẽ ⁊ coꝛruptionẽ: ipſoꝛum vero elementoꝛum qũo generatur ⁊ coꝛrumpitur coacervata quantitas: neqꝫ manifeſtũ neqꝫ cõtingit dicere ei nõ dicenti ⁊ ignis elementum eſſe.

¶ Oſtendit qũo empedocles tot apparentias ſaluare nõ poterat dicens: q2 empedocli manifeſtũ eſt quidẽ quomodo generantur alia mixta: qm̃ ſm ipſum talia mixta vſqꝫ ad elementa hñt generationem ⁊ coꝛruptionem: ſed qũo coacervata quãtitas. i. qũo coꝛpalis magnitudo hoꝝ ipſoꝝ elementoꝝ gñat̃ ⁊ coꝛrũpit̃: ſm dicta eius non eſt manifeſtum: nec contingit dicere ei non dicenti elementum ipſius ignis eſſe. q. d. q2 ex quo ignem terrã ⁊ aerem ⁊ aquã ponebat pꝛima ſimplr̃: ⁊ ipſoꝝ non ponebat alia pͥncipia ⁊ elementa: non poterat ſaluare generationem ⁊ coꝛruptionez eoꝝ: ſed democritus poterat hoc: q2 ponebat talia reſolui in coꝛpoꝛa indiuiſibilia. ¶ Notandũ aũt q2 ignis ⁊ terra ⁊ cetera hꝫ habent ſua elemẽta ⁊ ſua pꝛincipia i que reſoluuntur: q2 habent mãm ⁊ foꝛmam: ideo ſunt gñabilia ⁊ coꝛruptibilia: ſed ſi quis poneret hꝫ coꝛpa eſſe ſupple pͥma ⁊ non eſſe reſolubilia in alia: negaret eoꝛuz generationem ⁊ coꝛruptionem: ⁊ q2 hec poſuit Empedocles talia ſaluare non potuit. ¶ Deinde cum dicit. Nõndũ

¶ Similiter autẽ alioꝛum omnium vt in timeo ſcripſit Plato.

¶ Cõparat opinionez democriti ad opinionem platonis: ⁊ duo facit: q2 p̃ dat ꝯuenientiam inter eas. ſc͞do dr̃iam: ibi. (In tm̃ differt. n.) Cõtinuet̃ ſic. empedocles non poſuit q2 ipſius ignis eſſet aliquod elementum ⁊ pͥncipium: ſimilit̃ autem ⁊ omnium alioꝝ elementoꝛum: vt terre aque ⁊ aeris: ſupple non poſuit aliqua pꝛioꝛa pͥncipia: vt plato poſuit ⁊ ſcripſit in timeo: vbi voluit ignem terram ⁊ talia poſſe reſolui in aliqua pꝛioꝛa: in quo ſupple conueniebat cuz Democrito. ¶ Deinde cum dicit. T.c.63.

¶ In tantũ differt enim vt non eodez modo T.c.63.

Leucippo dicat.quoniā hic quidem ſolida
hic aūt planities dicit indiuiſibilia.

℄ Dat differentiā inter Platonē ⁊ Democritus:⁊ tria facit
ſm ꝙ tres differentias aſſignat. 2°ibi.(Et h quidem infini
tis.) 3°ibi.(Leucippo quidē eni.) Dicit ergo ꝙ in trib͛ dif
fert Plato vt non eodem modo dicat ipſi Leucippo qm̄ h
quidē.ideſt Leucippus indiuiſibilia in que reſoluūtur oīa
alia corpora dicit eſſe ſolida.ſed h.ſ. Plato huiuſmodi in
diuiſibilia dicit eſſe planities. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Et hic quidē īfinitis terminari figuris in
diuiſibilium ſolidoꝝ vnumqđqꝫ.hic autem
terminatis.quoniam indiuiſibilia vtiqꝫ di
cunt terminata figuris.ex his itaqꝫ genera
tiones ⁊ ſegregationes ⁊ corruptiones.

℄ Dat ſecundam differentiā.qꝛ h.ſ.Democritus vnūquod
qꝫ indiuiſibilium ſolidoꝝ.omnia indiuiſibilia corpora po
ſuit determinari infinitis figuris.hic autem.ſ. Plato poſu
it ſua indiuiſibilia differre figuris terminatis.i. finitis. di
cunt enim Platonici indiuiſibilia eſſe terminata figuris.
ponebat enim fieri reſolutionem vſqꝫ ad ſuperficies trian
gulares quas appellabat indiuiſibiles. ideo indiuiſibilia
nō poſuit infinitarū figurarū.ſed dixit ea eſſe triāgularia.
addit aūt ꝙ ex his ⁊ diuiſibilibus faciebāt Platonici ge
nerationes ⁊ corruptiones. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Leucippo quidem enim duo modi erant
vtiqꝫ per vacua ⁊ tactū.hic enim indiuiſibile
vnūquodqꝫ. Platoni autez ſecundū tactuz
ſolum vacuū enim non eſſe inquit.

℄ Dat tertiam differentiam quia Leucippus duobus mo
dis ſaluabat huiuſmodi tranſmutationes naturales p va
cuum:⁊ per tactum.nam h.i. Democritus vnumquodqꝫ
principiorum ponebat indiuiſibile.oportebat ergo eū po
nere inter huiuſmodi ſolida indiuiſibilia aliquas vacuita
tes vt fieret magnitudo Plato autem:qꝛ inquit nō eſſe va
cuum:non potuit ſaluare generationem:⁊ tales tranſmu
tationes naturales niſi per tactum ſolum. Eſt ergo h tri
plex differētia aſſignata.quia Democritus principia ali
rum dixit eſſe ſolida ⁊ infinitarum figurarum ⁊ poſuit v
cuuz.Plato vero huiuſmodi principia dixit eſſe ſuperficie
⁊ poſuit ea finitarum figurarum ⁊ negauit vacuum. Ad
uertendum autem tranſlationem nouam etiā in hoc paſ
ſu eſſe defectiuam.

De indiuiſibilibus autem planitie
bus diximus in prioribus ſermo
nibus.de indiuiſibilibus autez ſo
lidis amplius eſt dicere.ideo hoc
accidens relinquitur nunc.

℄ Poſitis opinionibus antiquoꝝ ⁊ cōparatis eis ad ſein
uicem. In parte iſta improbat eas. Opiniones aūt ſuperius
tacte fuerant q̄tuor.ſ. Melliſſi Democriti Empedoclis ⁊
Platonis:ſꝫ melliſſus negauit actionē ⁊ paſſionez.ideo de
eo nō ē h cure. Platonis aūt opinio incidētalr fuit addu
cta.iō h accñtalr reprobat.p̄ncipaliter igiṫ redarguuntur
Democritus ⁊ Empedocles. ꝓpter qđ hec pars diuidiṫ in
partes duas:qꝛ p̊ pħs improbat opinionez Democriti po
nentis actionē ⁊ paſſionē fieri p cōtactū indiuiſibiliū cor
T.c.75. porum.2° arguit ꝯ opinionē Empedoclis q ponebat actio
nem ⁊ paſſionē per poros ibi. (Quicūqꝫ igiṫ per poroꝝ.)
Circa p̄mum duo facit.qꝛ p̄mo cōtinuet ſe ad dicenda.2°
exequitur de intento ibi. (Ut autem parum.) Dicit ergo ꝙ
planitiebus ideſt de indiuiſibilibus planitieb͛ vt ſupplet alia

ſra diximus in prioribus ſermonib͛.i.in 3° de celo ⁊ mūdo T.c.5.
.q.d.ꝙ cōtra opinionē Platonis ponētis ſupficies indiui
ſibiles nō opꝫ hoc p̄ncipalr dicere:cū de ea alibi ſufficien
ter ſit dictū:ſed de indiuiſibilibus ſolidis.i.de opinione De
mocriti eſt amplius dicere:qꝛ nō eſt de ea ſufficiēter d ctuz.
ideo h accidens.i.h conſequens relinquatur nunc:qꝛ non
contingit dicere de eo. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Ut autez parū diſgredietes dicamus.ne T.c.64
ceſſariū ⁊ impoſſibile vnūqđqꝫ dicere indiui
ſibiliū.nō eniꝫ poſſibile pati niſi p vacuum
nullius actiuū paſſionis.neqꝫ enim calidūz
nec frigidū oportet eſſe indiuiſibile.

℄ Exequitur de intēto īprobando opinionez Democriti ⁊
duo facit:qꝛ p̄mo improbat eā q̄ntum ad actionē ⁊ paſſio
nem.2° q̄ntum ad corpora indiuiſibilia que per actionem
⁊ paſſionem ſaluabat ibi.(Amplius autē inconueniens.)
Circa primū duo facit:qꝛ primo facit qđ dictum eſt. 2° ex T.c.70
his que dixerat arguit contra Platonē ibi.(Hec enim in
ſolida.) Democritus autez in loquendo de actione ⁊ paſ T.c.67.
ſione quaſi contradictoria implicabat.ponebat enim cor
pora in diuiſibilia ⁊ ponebat in eis q̄litates actiuas ⁊ paſ
ſiuas.ponendo corpora indiuiſibilia negabat actionem ⁊
paſſionem.ponendo qualitates actiuas ⁊ paſſiuas coge
batur ponere actionem ⁊ paſſionem.tria ergo facit:qꝛ pri
mo oſtendit Democritum nō poſſe ſaluare actionē ⁊ paſ
ſionem. 2° oſtendit ꝙ oportebat euꝫ talia ponere.3° quod
dam qđ ſuppoſuerat probat.2° ibi.(Quāuis hoc incōue T.c.65.
niens.) 3° ibi.(Sed tñ inconueniens.) Dicit ergo.vt autez T.c.68.
paruꝫ diſgredientes.dicamus ꝙ neceſſariuꝫ eſt dicere ſm
opinionem Democriti vnūquodqꝫ indiuiſibilium corpo
rum eſt impoſſibile.i.non poſſe pati:vel eſſe impoſſibile pa
ti per vacuum. Cū ergo in diuiſibili corpore nō poſſit eſſe
vacuū non erit tale corpus actiuum:vel ēt ſuſceptiuuꝫ ali
cuius paſſionis.vnde nec erit durum nec frigiduꝫ. ℄ No No^m
tandum aūt ꝙ ex dictis poſſent formari duo media cōtra
Democritū:vt ſit primū mediū:qꝛ cum poneret actionem
per vacuū.ſm indiuiſibilia corpora:nec pōt eſſe actio: qꝛ
in indiuiſibili nō pōt eſſe vacuū. 2^m mediū erit ꝙ corpus in
diuiſibile non erit paſſionis actiuum:⁊ actio ⁊ paſſio inter
talia corpora reſeruari non poterit:qꝛ frigidum ⁊ duruꝫ
⁊ alie qualitates paſſionabiles per quas eſt agere ⁊ pati in
indiuiſibili reſeruari nō poſſunt. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Quāuis hoc incōueniens ſit ſolū dare cir T.c.65.
culari figure.calidūz neceſſe eni ⁊ cōtrariuz
frigidū alicui alij adaptare figurarūz. incō
ueniens aūt ſi hec quidem exiſtunt.dico au
tem caliditas ⁊ frigiditas.grauitas aūt ⁊ le
uitas durities ⁊ mollities non exiſtunt.

℄ Oſtenſo democritū non poſſe ſaluare actionem ⁊ paſſio
nem oſtendit ꝙ oportebat eū talia ponere:⁊ tria facit ſm
ꝙ tripliciter hoc oſtendit. 2° pars ibi. (Sed tñ grauius.) T.c.66.
3° ibi.(Sed ſi duruꝫ.) Prima ratio talis eſt:qꝛ ſi democri T.c.77
tus adaptabat calidū circlari figure:qꝛ dicebat athomos
rotundos eſſe calide nature:incōueniens eſt h:ſi ſolū calidū
adaptabat tali figure:qꝛ neceſſariū erat cōtrarium.ſ.frigi
dum alicui alij figure adaptare:qꝛ ſi vnū ꝯtrarioꝝ ē in natu
ra ⁊ reliquū.⁊ incōueniens eſt ſi exiſtūt h.ſ.caliditas ⁊ fri
giditas.⁊ nō exiſtūt grauitas ⁊ leuitas durities ⁊ molliti
es:ſed ſupple his exiſtentibus ē actio ⁊ paſſio.ergo Democri
to oportebat reponere actionē ⁊ paſſionez cum poneret eā
per que actio ⁊ paſſio hꝫ fieri. ℄ Deinde cum dicit.

℄ Sed tamen grauius ſecundū excedentiaz T.c.66.

ſtplicia.multiplicitas autē tactus in hoc cōſiſtit:q2 poteſt ſumi pꝛopꝛie ⁊ metaphoꝛice.¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed ſi pꝛincipaliter dictum exiſtit in habentibus poſitionē.poſitio quidē quibus ⁊ locus. Etenim in mathematicis ſimiliter dandum eſt tactum ⁊ locum:ſiue eſt ſeparatum vnūqđq3 eoꝝ ſiue alio modo.

¶ Oſtēſo tactū ſumi multipliciter determinat de vnaquaq3 acceptione eius:⁊ duo facit:q2 pꝛimo determinat de tactu vt pꝛopꝛie ſumitur.2° vt ſumit̃ metaphoꝛice ibi.(Quoniam autem mouens.) Circa pꝛimū duo facit:q2 pꝛimo venatur diffinitionē tactus pꝛopꝛie ſumpti.2° concludit diffinitionē illam tanq3 venatā.2° ibi.(Quapꝛopter manifeſtum.) Circa pꝛimū tria facit ſm ꝙ tria venatur circa tactum.pꝛimo enī oſtendit tāgibilia habere poſitionē.2° habere vltima ſimul.3° eſſe actiua ⁊ paſſiua adinuicem.ex quibus oībus habetur diffinitio tactus:videlʒ ꝙ tactus eſt in habentibus poſitionē:quoꝝ3 vltima ſunt ſimul actiuis ⁊ paſſiuis adinuicem.2° pars ibi.(Si igitur eſt vt determinatum.) 3° ibi.(Quoniam aūt poſitio.) Dicit ergo ꝙ tactus ſi ſit quid dictū pꝛincipaliter.i.pꝛopꝛie exiſtit in habētibus pōnem.pō aūt ineſt quibus ⁊ locus.⁊ ſupplēdū eſt: q2 nō poſſunt ſe tangere aliqua niſi ſint in loco:op3 quibus ineſt tactus ineſſe poſitionē.addit aūt ad maioꝛē expꝛeſſionē3 veritatis ꝙ tactus ⁊ locus ita ſe cōſequūt̃ ꝙ mathematicis ſilr dandū eſt tactū ⁊ locū:ſiue eſt ſeparatū vnūqđq3 eoꝝ

Nōndū ſiue alio mō.¶ Notandū aūt ꝙ de mathematicis fuit duplex pō.vna fuit Platonis qui poſuit ea eſſe ſeparata ſm eſſe a ſenſibilibus.alia fuit Ar.qui poſuit ea eſſe in ſenſibilibus:ſed ſm cōſiderationē ea eſſe ſeparata.eſt ergo intētum Ar.ꝙ locus ⁊ tactus:ita ſe inſeparabilr̃ cōcomitantur ꝙ vbi ponimus vnū ⁊ aliud ⁊ eodē3 modo:⁊ ſimiliter ſicut ponimus vnū ⁊ aliud.¶ Deinde cum dicit.

¶ Si igitur eſt vt determinatū eſt prius.tangere vltima habere ſil. hec vtiq3 ſe tangunt adinuicē quecūq3 determinatas magnitudines ⁊ pōnem hñtia ſimul habent vltima.

T.c.22. ¶ Inueſtigat ſcđam ꝯditionē dicens.ꝙ ſi ita eſt vt eſt determinatū prius.ſ.in.6.phiſicoꝝ.vbi dictū eſt ꝙ tāgere eſt habere vltima ſimul:op3 tangentia habere vltima ſimul.hec ergo vtiq3 tāgūt adinuicē quecūq3 hñt determinatas magnitudines ⁊ pōnē ⁊ hñt vltima ſimul . ¶ Deīde cū dicit.

¶ Quoniā aūt poſitio qdē in qbus ⁊ locus exiſtit.loci aūt differentia ſurſū ⁊ deoꝛſū ⁊ pꝛima talia oppoſitoꝝ oīa ad ſeinuicē tāgētia grauedinē vtiq3 habent aut leuitatē aut ambo aut alterū.talia aūt paſſibilia ⁊ actiua.

¶ Inueſtigat tertiā cōditionē:ꝙ tangētia debēt eſſe actiua ⁊ paſſiua adinuicē dicens.ꝙ pō ineſt quibus exiſtit locus. loci aūt pꝛima differentia eſt ſurſum ⁊ deoꝛſum.talia autē ſunt oppoſitoꝝ:op3 aūt ꝙ ſe tangentia habeant aliquā oppoſitionē adinuicē.iō ait ꝙ oīa ſe tangentia adinuicē hñt grauitatē:aut leuitatē:aut ambo:q̄tū ad elemēta media.aut alteꝝ q̄tū ad extrema.terra.n.eſt ſolū3 grauis:⁊ ignis ſolū3 leuis.aer aūt ⁊ aqua habēt vtrūq3:q2 reſpectu ignis ſunt grauia:reſpectu terre leuia.q2 ḡ talia ſe tāgētia ſunt in loco ⁊ cōpetit eis differētia loci vt ſurſū ⁊ deoꝛſū: cū hoc nō ſit ſine oppōne:op3 ꝙ talia oppōnē habeāt:⁊ ꝙ ſint actiua ⁊ paſſiua adinuicē.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapꝛopter manifeſtū eſt qm̄ hec tāgere nata ſunt adinuicē.quoꝝ diuerſis magnitudinibus ſimul vltima ſunt exiſtentibus motiuis ⁊ mobilibus adinuicem.

¶ Concludit diffinitionē tactus tanq3 venatā dicens.manifeſtum eſſe ꝙ illa ſunt apta nata ſe tāgere adinuicē quorum exiſtentibus diuerſis magnitudinibus:q̄tū ad conditionem pꝛimā ꝙ debet habere magnitudines determinatas ⁊ poſitionē:ſunt vltima ſimul:q̄tum ad cōditionē ſcđam:motiuis ⁊ mobilibus adinuicē.i.actiuis ⁊ paſſiuis q̄tum ad cōditionē3 tertiam.¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniā autē mouens nō ſimiliter mouet qđ mouetur.ſed hoc quidē neceſſe eſt motū ⁊ ipſum mouere.hoc autē īmobile ens.manifeſtū qm̄ in faciente dicemus ſimiliter. T.c.45

¶ Poſtquam inquiſiuit de tactu pꝛopꝛie incipit inquirere de tactu metaphoꝛice.⁊ duo facit.q2 pꝛimo cōparat actionem ad motum:⁊ agentem ad mouentem.ſcđo ex huius comparatione facta venatur quomodo habeat fieri tact⁹ mathematicus ibi.(Id igitur manifeſtum.) Circa pꝛimū duo facit:q2 pꝛimo comparat mouentem ad agentē3 ſm conuenientiam.ſecundo ſm differentiam ibi.(Et enī mouens.) Oſtendit ergo ꝙ q2 mouēs nō ſimiliter mouet mobile qđ mouet̃.ſed hoc quidē mouens neceſſe eſt ipſū3 moueri motū:hoc mouet ens īmobile.manifeſtū eſt quoniā3 in agente dicemus ſimiliter:q2 quoddā agens cū agit patitur:qđdā3 agit īpaſſibile manēs.¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim mouens facere aliqd inquiunt ⁊ agēs mouere.Sʒ tñ differūt ⁊ op3 determinare.nō.n.poſſibile ⁊ mouēs oē agere ⁊ facere ſi facere opponit̃ paciēti.hec aūt in oībus in quibus eſt motus paſſio autem ſecūdū3 ꝙ alteratur ſolū.verbi gratia.calidum ⁊ album.Sed mouere amplius agere eſt.

¶ Poſita cōuenientia inter agentē ⁊ mouentē ꝙ eſt deuenire ad agēs impaſſum ſicut ad mouēs īmobile:ponit hic differentiā3 inter ea dicens.ꝙ quidam inquiunt mouens agere aliquid ⁊ agens mouere:ſed tñ non eſt ita:imo differunt:⁊ op3 determinare quō differūt.Si vo facere opponitur patiēti:nō eſt poſſe oē mouēs agere:ſed tūc ſolū mouēs agere cū mobile patitur.ergo hoc verū eſt ſolū3 in his in quibus motus eſt paſſiō:⁊ exponit quid appellat paſſionē3 dicens:paſſio autem eſt id ſm quod aliquid alteratur ſolū. verbigratia.calidū albū ⁊c̃.talia ſunt paſſiones:ſm quas eſt alteratio.differt ergo mouere ab agere:q2 eſt vniuerſalius.q2 oē qđ agit mouet:ſed non ecōuerſo.ideo ait:ꝙ mouere amplius agere eſt.i.eſt magis amplū3 ⁊ eſt vniuerſalius ⁊ in plus q3 agere.¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud igitur manifeſtū qm̄ eſt qdē vt motiua īmobilia tāgūt.ē aūt vt ſic.eſt aūt nō ſic.

¶ Ex cōparatione pꝛemiſſa venatur tactū methaphoꝛicū3. hō aūt tactus dupl̃r ſumi poteſt.tactus enī3 ſemper eſt aliquid duoꝛum.vel ergo ſumetur huiuſmodi methaphoꝛa tam ex parte tangentis q3 tacti vel ex parte tangentis tantum.duo ergo facit:q2 pꝛimo venatur tactum methaphoricum ex vtraq3 parte.2° ex altera parte tantū3.2° ibi. (Eſt quidē igitur vel multū.) Circa pꝛimū3 duo facit:q2 pꝛimo facit qđ dictū eſt.2° exponit diffinitionē tactus ſupꝛius datam:ſiue addit ad diffinitionē illā ibi. (Sed determinato tāgere.) Dicit ergo ꝙ id nō eſt imanifeſtū qm̄ motiua vniuerſalia ſiue motiua īmobilia:vt habet alia littera.vt tangunt mobilia.i.vt tāgunt coꝛpoꝛa ſupceleſtia q̄ mouētur ab eis.eſt autē vt ſic.eſt autem vt nō.i. vno mō tangunt

ea: alio modo nõ: qꝛ tangunt ea methaphoꝛice nõ pꝛopꝛie ⁊ ꝙ ſit huiuſmodi tactus methaphoꝛicus cã ẽ ex vtraqꝫ pte: qꝛ nec illa pꝛopꝛie agunt: nec celeſtia pꝛopꝛie patiuntur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed determinato tangere vſr quidem ꝙ eſt poſitionẽ habentiũ: ⁊ hoc quidem motiuo: hoc aũt mobili abinuicẽ aut motiuo ⁊ mobili in qbus exiſtit agere ⁊ pati.

¶ Exponit diffinitionem tactus ſuperius datam: vel addit ad ipſam dicens. ꝙ ſic determinato tangetur: vt dictum ẽ vniuerſaliter. i. ſimpliciter ẽ tact᷒ habentium poſitionem. hoc quidem motiuo. h autem vt mobili abinuicẽ aut motiuo ⁊ mobili. q. d. non ſufficit ad hoc ꝙ ſit tactus ꝙ vnuꝫ ſit mouens ⁊ aliud motum: ſed ſequitur quod mobile ſe hẽat motiue: ita quod viceuerſa ſe habeat mouens: ⁊ mouens non moueat immobiliter: ſed ſit motiuum mobile ſiue motiuum motum: ⁊ hic quibus exiſtit facere ⁊ pati ſuperius autem data diffinitione de tactu dicebat tactũ eẽ in habentibus poſitionem: quoꝛuꝫ vltima ſunt ſimul motiuis ⁊ mobilibus adinuiceꝫ. que diffinitio non arguit tactum ꝓpꝛie ſumptũ: niſi p motiua ⁊ mobilia intelligam᷒ agentia ⁊ patientia: qḋ g̃ h hĩ vel eſt expoſitiuũ diffõnis illius vel eſt cõpletiuũ eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Eſt quidẽ igitur vt multũ tactũ quod tangit tangens. n. mouet mota oĩa fere que ⁊ in cõſpectu noſtro: quibus neceſſe eſt ⁊ videt̃ tactum tangere qḋ tangit. eſt aũt vt aliquãdo inquimus mouẽs tãgere ſolũ id qḋ mouetur: qḋ tangitur aũt nõ tangere qḋ tãgit. Sꝫ que mouet mota: qꝛ hõgenea: neceſſe videtur eſſe quod tangitur tangere.

¶ Inueſtigat tactũ methaphoꝛicũ cuius cã maxime videt̃ eſſe ex altera parte tantum: ⁊ duo facit: qꝛ pꝛimo oſtendit ꝙ vtplurimũ in his que videmus eſt tactus pꝛopꝛie ſumptus: ſed aliquãdo eſt in eis motus methaphoꝛicus. ſcḋo concludit quomodo contingit inuenire tactũ methaphoꝛicum: ibi. (Quapꝛopter ſiquidem.) Oſtendit ergo ꝙ eſt in multum. i. vtplurimum ꝙ tactus: ita tangitur ꝙ etiã tãgit tangẽs: qꝛ fere omnia que ſunt in cõſpectu noſtro mouent mota quibus neceſſe eſt: ⁊ videtuꝛ ſic eſſe dicendum tactum tangere quod tangit. i. tangenteꝫ. eſt autem vt aliquãdo inquimus. i. dicimus mouens ſolum tãgere id qḋ mouet̃: ita ꝙ tãgit̃. i. tangenteꝫ: ſed ea que mouent mota: qꝛ ſicut homogenea. i. eiuſdem nature neceſſarium videt̃ eſſe qḋ tangit̃ tãgere: ⁊ qḋ tangit tangere tactum: vel qḋ mouet mouere motũ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si quidẽ mouet imobile ens illud qdẽ tãgit qḋ mouetur: illud autem nõ. Inquimus enim aliquando triſtantẽ tãgere nos: ſꝫ nos non eum. De tactu quidẽ igitur in naturalibus determinatũ ſit hoc modo.

¶ Concludit quõ contingit inuenire tactum methaphoꝛicum dicens: ꝙ ſi aliquid mouet ens immobile: tunc illud tangit qḋ mouet̃: ſed illud quod mouet̃ non tangit ipſuꝫ. inquimus n. i. dicimus aliqñ triſtantem tangere nos: ⁊ tñ nos non tangimus eum: ⁊ illo modo videntur tãgere coꝛ-

Nõndũ poꝛa ſupceleſtia. ¶ Notandũ aũt tactuꝫ triplicem eẽ: ꝓpꝛium ⁊ methaphoꝛicum duplicem: vel qꝛ cã huius eſt in vtroqꝫ extremoꝝ vel in altero tñ. videmus. n. ſubãs ſepatas mouere coꝛpoꝛa ſuperceleſtia: coꝛpoꝛa ſupceleſtia mouere h inferioꝛa: ⁊ hec inferioꝛa mouere ſeipſa adinuicem

intelligentie auteꝫ mouent ſuperceleſtia coꝛpoꝛa non mote nec paſſe: ſuperceleſtia mouent hec inferioꝛa mota: ſed non paſſa. hec aũt inferioꝛa mouent ſeipſa adinuiceꝫ mota ⁊ paſſa: ideo qñ intelligentie mouẽt coꝛpoꝛa ſuperceleſtia eſt oĩo tactus methaphoꝛic᷒ tam ex pte tãgentis qꝫ tacti: qꝛ nec intelligentie ꝓpꝛie agunt: nec ſupceleſtia coꝛpꝰa patiunt̃: ſed cuꝫ ſuperceleſtia coꝛpoꝛa mouent hec inferioꝛa: eſt ibi tactus methaphoꝛicus: ſed cauſa huius vꝫ oꝛiri ex altera pte tñ: nam ex pte hoꝛum inferioꝝ hñ eſt aptus natus repiri tactus ꝓpꝛie: ſed nõ ex parte ſuperceleſtium: qꝛ tangunt impaſſibiliter. Cum vero hec inferioꝛa ſe tangunt adinuicem eſt ibi oĩno tactus pꝛopꝛie ⁊ qꝛ pluribus modis ſm ꝙ ſpectat ad nãlem repitur tactus: ideo phus ſolum determinat de hoc triplici tactu vno pꝛopꝛio: ⁊ duplici methaphoꝛico. quõ aũt ⁊ in qua parte determinat de vnoquoqꝫ iſtoꝝ pꝫ per ea que in ſententiando dicta ſunt. Ultimo epilogat. ꝙ de tactu i nãlib᷒ determiatũ ſit h mõ.

E facere ⁊ pati dicendũ deinceps ſuſcepimus enim a pꝛioꝛibus ſub cõtrarios ſermones adinuicem. T.c.46

¶ Poſtqꝫ phs determinauit de tactu. In pte iſta determinat de agere ⁊ pati: ⁊ duo facit: qꝛ p̃ determinat de actione ⁊ paſſione ſm opinionẽ alioꝝ. ſcḋo ſm ꝓpꝛiã: ibi. (Quõ aũt exiſtit generare in entibus.) Circa pꝛimum T.c.47 duo facit: qꝛ pꝛimo oſtendit quid ſenſerunt antiqui de agere ⁊ pati quantum ad qualitates actiuoꝛum ⁊ paſſiuoꝛuꝫ ſecundo quantum ad modum agendi ⁊ patiendi: ibi. (Quomodo autem cõtingit.) Circa pꝛimum duo facit: T.c.55 qꝛ pꝛimo continuat ſe ad dicenda ⁊ p̃mittit intẽtionẽ ſuã. circa opiniones antiquoꝛum. ſecũdo exequitur de eis: ibi. (Multi qdem enim.) Dicit ergo ꝙ deinceps poſtqꝫ dctm̃ eſt de tactu: dicendum eſt de facere ⁊ pati: ⁊ addit ꝙ a poꝛibus. i. ab antiquis ſuſcepit de agere ⁊ pati ſermones adinuicem ſubcontrarios. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Multi quidẽ eniꝫ dicunt hoc cõcoꝛditer. ꝙ ſimile quidem a ſimili omne impaſſibile eſt pꝛopter non magis actiuũ qꝫ paſſiuũ eẽ alterũ ab altero: oĩa eni ſimiliter exiſtũt hec ſimilibus: diſſimilia auteꝫ ⁊ differentia facere ⁊ pati adinuicem ſunt innata.

¶ Exequitur de dictis opinionibus. dixerat enim antiquos ſubcontrarie ſenſiſſe de agere ⁊ pati: ideo duo facit: qꝛ pꝛi- T.c.48 mo narrat hmõi opiniones. ſcḋo oſtendit eas eſſe ſubcontrarias: ibi. (Uidentur auteꝫ hoc modo.) Circa pꝛimũ duo facit: qꝛ pꝛimo ponit opinionem dicentiuꝫ diſſimile a diſſi- T.c.47 mili pati. 2° ponentiũ ꝙ ſile a ſimili patit̃. 2° ibi. (Democritus autem vltra.) Circa pꝛimum duo facit: qꝛ pꝛimo narrat opinionem pꝛedictam quantum ad agentes ⁊ patientes. ſcḋo quantum ad rõnem agendi ⁊ patiẽdi: ibi. (Etenĩ qñ minoꝛ.) Dicit ergo ꝙ multi dicunt hoc cõcoꝛditer: ꝙ oẽ ſimile eſt ipaſſibile a ſuo ſimili: ⁊ dicit multi: qꝛ plures erant de hac opinione qꝫ de alia. aſſignabant aũt cauſam ⁊ rõnem: quare ſimile non patitur a ſimili: qꝛ vt dicebant non eſſet alterum magis paſſiuũ ab altero qꝫ actiuũ. Cũ g̃ ſimilibus ſm ꝙ huius omnia exiſtant ſimilia non poteſt poni ſimilia ſm ꝙ hꝫ actiua ⁊ paſſiua eſſe: qꝛ tunc idem ſm ꝙ idem ageret ⁊ pateretur: quod eſt incõueniens. diſſimilia ergo ⁊ differẽtia ſunt innata facere ⁊ pati adinuicẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim qñ minoꝛ ignis a maioꝛi coꝛrumpit̃ pꝛopter contrarietatem hoc inquiunt ⁊ pati adinuicẽ. cõtrariũ. n. eſſe multũ pauco.

ua non ſunt oīaria altera. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed quoniā non quocunq; innatū eſt pati ⁊ facere: ſed quecūq; aut cōtraria ſunt aut cōtrarietatē habēt neceſſe eſt patiens ⁊ faciens genere quidē ſimile eſſe ⁊ idē: ſpecie āt diſſimile ⁊ contrarium.

T.c.50. ¶ Poſtquam oſtendit actiua ⁊ paſſiua eſſe nō omnino altera nec omnino ſimilia: declarat quomodo ſunt altera: ⁊ qūo ſiliā: q2 ſūt ſilia genere: ⁊ altera ſpecie: ⁊ duo facit: q2 pmo premittit quod intēdit. 2° probat quod dixerat: ibi. (¶ Innatum eſt enim.) Dicit ergo q; non quodcūq; eſt innatum pati ⁊ facere in quodcunq;: ſed quecūq; aut ſūt contraria aut hñt ɔ̄rietatem ſunt ſic actiua ⁊ paſſiua: cū ergo cōtraria ſint eadē genere ⁊ diuerſa ſpē: neceſſe eſt patiens ⁊ faciens genere eſſe ſimile: ⁊ idem ſpēaut diſſimile ⁊ contrarium. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Innatum eſt eni corpus a corpore: ſaporē aūt a ſapore: colorē aūt a colore pati: vniuerſaliter autē homogeneum ab homogeneo. Huius autem cauſa quoniā cōtraria in eodem genere omnia: faciunt autem ⁊ patiuntur contraria abinuicem.

¶ Probat qd̓ dixerat: ⁊ duo facit ſm q; dupl̓r illud pbat. primo enim probat illud inductione. 2° rōne: ibi. (Etenim vl̓r negatio.) Circa pmum duo facit: q2 primo inducit in pluribus quō ɔ̄rium a ɔ̄rio patiī. 2° cōcludit ɔcluſionem intentam: ibi. (Quapp neceſſe.) Dicit ḡ q; innatū eſt corp° pati a corpore. ſaporē a ſapore. colorē a colore: ⁊ vl̓r homogeneū. i. eiuſdē generis. ab hōgeneo. i. ab alio eiuſdē generis. cā autem huius eſt: q2 contraria ſunt oīa in eodē genere: ⁊ talia que ſunt ɔ̄ria faciūt ⁊ patiūī abinuicē. ¶ Notandū aūt q; cū dr̄ corpus pati a corpe accipit ibi corpus nāle. qd̓ eſt ɔiunctum qualitatibus actiuis ⁊ paſſiuis. rurſum per ſaporem ⁊ colorem intelligit qualitates actiuas ⁊

T.c.51. paſſiuas inherentes corpi nāli: per q̄s fit actio ⁊ paſſio. vel

Nōndū poſſumus dicere q; color patiī a colore: ⁊ ſapor a ſapore ⁊ qualitates ſcōe a qūtatib° ſcōis: inquantū in hꝫ qualitatibus ſecūdis referūī ɣtus qualitatū primarum vt nigrū patitur ab albo inquantū albū eſt cōiunctū frigido ⁊ nigrum calido. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter neceſſe eſt qualiter quidē eē eadem faciēs ⁊ patiēs: qualiter autem altera ⁊ diſſimilia abinuicē. Quoniā aūt faciens ⁊ patiens genere quidē eadē ⁊ ſimilia ſunt: ſpecie autem diſſimilia: talia autem contraria manifeſtum quoniam actiua ⁊ paſſiua ſibi inuicem ſunt ⁊ contraria ⁊ media.

¶ Concludit concluſionem intētā dicēs. q; ſi eſt neceſſe faciens ⁊ patiens eſſe eadē qualr̄. i. aliqualr̄ ſiue aliquo mō ⁊ eſſe aliqualiter altera ⁊ diſſimilia adinuicē. ſunt. n. faciēs ⁊ patiens ⁊ ſilia ⁊ diſſilia: q2 genere ſūt eadē ⁊ ſilia. ſpē autem diſſilia: ⁊ q2 talia ſunt ɔ̄ria: manifeſtum eſt ɔ̄ria ⁊ media eſſe actiua ⁊ paſſiua ſibiinuicem: ⁊ dicit contraria media q2 in ipſis mediꝭ referūī aliqua rō ɔ̄rietatis. rurſuꝫ: q2 tam ɔ̄ria q̄ꝫ media ſunt eadē genere ⁊ diuerſa ſpē quꝫ talia ſint actiua ⁊ paſſiua tā ɔ̄ria q̄ꝫ media actiua ⁊ paſſiua erunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenī vniuerſaliter generatio ⁊ corruptio in his: ideo rationabile iā ignē calefacere: ⁊ frigidū infrigidare: ⁊ vniuerſaliter faciens aſſimilare ſibiipſi patiens: faciens eni ⁊ patiēs cōtraria ſunt ⁊ gñatio in cōtrariū: q̄propter neceſſe eſt faciens ⁊ patiens tranſmutari: ſic eniꝫ generatio in ɔtrariū erit. T.c.51.

¶ Quod probauerat inductione: probat per rationeꝫ: que talis eſt. ex quibus ⁊ in quibus eſt generatio ⁊ corruptio: ex his ⁊ in his eſt actio ⁊ paſſio: q2 actio ⁊ paſſio ad generationem ordinantur: ſed vniuerſaliter generatio ⁊ corruptio eſt in his. i. in contrarījs. ergo ſupple actio ⁊ paſſio inter contraria habet eſſe. ¶ Et q2 ita eſt: rōnabile eſt vnū oppoſitorum agere in aliud ⁊ trahere ipſum ad naturam ſuam. rationabile eſt ergo igneꝫ calefacere frigidum ⁊ frigidū infrigidare calidū: ⁊ vl̓r faciēs aſſimilare ſibiipſi patiens: ⁊ rationabile eſt dicere q; faciens ⁊ patiens ſunt contraria cum generatio ſit in contrarium: q̄propter: q2 ita ē neceſſe eſt patiens tranſmutari in faciens: q2 ſic. i. illo modo gñatio erit in cōtrariū. ſi vnum oppoſitoꝝ tranſmutetur in aliud ⁊ patiens tranſmutetur in nām agentis.

Ecūdū rōnem autem non eadem ſunt dicētes. ambos tamen eſt tangere naturam.

T.c.52. ¶ Poſt q̄ phs oſtendit. quare antiqui philoſophi diſcordabāt in loquendo de actiuis ⁊ paſſiuis: q2 vt dicebatur nō reſpiciebant ad totū: ſed ad partem. In parte iſta oſtendit quare diſcordabant in aſſignando rationem agendi ⁊ patiendi. non enim eandem rationeꝫ aſſignabāt omnes: ſed quidam dicebant huius rationem eſſe conuenientiā ⁊ ſimilitudinem: quidam vero diſſilitudinē: qd̓ ideo contingebat. q2 nō reſpiciebant ad totum: ſed ad ptē. nam nec ſimilitudo nec diſſimilitudo eſt ratio agendi vel patiēdi: licet vtrunq; ibi concurrat. duo ergo facit: q2 primo pmittit qd̓ intendit. ſecūdo declarat ppoſitum oſtēdens tāꝫ ſimilitudinē q̄ꝫ diſſimilitudinem ſiue tam cōuenientiā q̄ꝫ diſconuenientiā concurrere ad actionē ⁊ paſſionem. ſcōa ibi (Dicimus enim pati.) Dicit ergo. q; ſecundum rōnem ſupple agendi ⁊ patiēdi antiqui phi nō erāt dicētes eadē: q2 non aſſignabant eandē rōnem actionis ⁊ paſſionis: ſed quidam dicebant huius rationem eſſe ſimilitudinem. quidam vero diſſimilitudinem. ambos ṽo ſic dicentes verum eſt tangere. i. contingere tāgere naturā agendi ⁊ patiendi. ¶ Notandum autem q; dicit tangere: q2 cum quelibꝫ dictarum opinionū deficeret: ⁊ nulla conſideraret ad totū: nulla comprehendebat naturā actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ: ſed q̄libet ſecundum partem tāgebat eā. ¶ Notandum etiam Nōndū

q; dicit nām. nam natura ſm phm. ſcōo phyſicoꝝ dicitur de materia ⁊ forma. quarum quelibet facit aliquo modo ad actionem ⁊ paſſionem. quelibet ergo dictarum opinio Nōndū

num tangebat aliquo mō naturā agēdi ⁊ patiendi: alter tñ ⁊ aliter: q2 dicentes ſimilitudineꝫ ⁊ conuenientiā eē huius rōnem tangebant nām materie. dicentes ṽo diſſimilitudinem tangebant nām forme. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dicimus eniꝫ pati quādoq; ſubiectū quidem: verbi gratia: ſanari hominē ⁊ calefieri ⁊ infrigidari ⁊ alia eodē modo: quādoq; autem calefieri frigidum: ſanari aūt laborans: ambo autem ſunt natura eodeꝫ modo ⁊ de faciente: quandoq; autem calefacere hoiem inquimus: quandoq; autem calidum.

¶ Manifeſtat propoſitū videlicet q; nec conuenientia tñ nec diſcōuenientia eſt ratio agēdi ⁊ patiēdi: ſed quodāmō ibi vtrunq; concurrit: ⁊ duo facit: quia primo facit quod dictum eſt. ſcōo quod dixerat agens ⁊ patiens cōuenire in

T.c.53. mā oſtēdit quomodo hoc ſit verū .2° ibi.(Eodem modo ſu ſcipiendum.) Circa primum duo facit: quia primo comparat agens ad patiens. 2° ex tali comparatione concludit veritatem intentam: ibi.(Eſt quidem.n.) Dicit ergo ꝙ quandoqꝫ dicimus pati ſubm. v.g. dicimus hominē ſanari calefieri ⁊ infrigidari: ⁊ alia eodem modo: ſed quandoqꝫ dicimus pati ꝯtrium vt calefieri frigidū ſanari laborās: ambo autem ſunt vera. ſ. naliter vera: ſed vnum eſt verū per naturā ſoꝛme: aliud per naturā mãe: ⁊ quod diximus de patiente eodem modo dōm eſt de faciente: nam quandoqꝫ dicimus agere ſubm vt cū inquimus calefacere hoiem: quod nō eſt contrarium frigido vel frigidato: quod calefit: ſed vnū ⁊ idē manens pōt ſubijci calido ⁊ frigido. quandoqꝫ aūt dicimus calefacere calidum quod eſt contrariū frigido. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Eſt quidem enim vt materia patiē: eſt aūt vt contrariū: ad id qdē igitur reſpicientes: idē opoꝛtere habere exiſtimauerūt facere ⁊ pati: ad alterū autem contrarium.

ℭ Cōcludit veritatē intentā dicens: ꝙ quia aliqd patiē: vt mā aliqd vt ꝯtrium ⁊ vt forma. reſpicientes ad idē vt ad mām que eſt eadē ſub vtroqꝫ ꝯtrioꝝ eſtimauerunt facere ⁊ pati opoꝛtere hēre idē ita ꝙ idētitas erat rō agendi vel patiendi. reſpicientes aūt ad alteꝝ: vt ad formā ⁊ ꝯtrium dixerūt contrarium ponentes diuerſitatem ⁊ ꝯrietatem eſſe talem rationem. ℭ Deinde cum dicit.

T.c.53. ℭ Eodem mō ſuſcipiendū eſt de facere ⁊ pati quo ⁊ de moueri ⁊ de mouere: dupliciter enim dicitur ⁊ mouens: in quo enim eſt principium motus videtur hoc mouere: principium enim prima cauſarum: ⁊ rurſus vltimum aliquid id quod mouetur ad generationem: ſimiliter autem ⁊ de faciente.

ℭ Probat quod ſuppoſuerat. dixerat.n.ꝙ in actione ex diſtā ex pte forme ⁊ ꝯriētatis: ⁊ conuenientia ex pte mãe ſubi. oſtēdit

Nōnd ergo quomō agens ⁊ patiens ꝯueniunt in mā. ℭ Ad cuius euidētiam notandum ꝙ inter agentia ſolum agēs ꝓprie eſt id quod agit in paſſum: ⁊ cōuenit in mā cū paſſo: ſed ꝓpriū vno mō diuidiē ꝯ methaphoꝛicum. alio mō diuidiē ꝯ vle ⁊ pmū: ideo duo facit: quia p oſtēdit ꝙ agens vle ⁊ pmū nō agit in paſſum: nec cōicat in mā cū eo. 2° oſtēdit hoc de agēte

T.c.55. methaphoꝛico. 2° ibi.(Eſt aūt factiua cā vnū pncipiū.) Circa pmū tria facit. quia p narrat ⁊ oſtēdit oꝛdinē ipſoꝛum agentium. 2° quod dixerat expōit in terminis. 3° ex oꝛdine narrato cōcludit veritatē intentā. 2° ibi(Etenim medicum.) 3° ibi.(Quecūqꝫ aūt nō hñt.) Dicit ergo ꝙ ſicut eſt oꝛdo inter mouentia ⁊ mobilia ſic eſt oꝛdo inter actiua ⁊ paſſiua: eodem ergo modo vr̄ ſuſcipiendum eſſe de facere ⁊ pati: quod de mouere ⁊ moueri: mouēs aūt dicitur aliqd dupliciter. vnū quo eſt pncipiū motus. i. mouens pncipale: ⁊ hoc vr̄ mouere nō motum ſupple: quia hoc pncipiū eſt pma cāꝝ. i. cā principalis nō mota rurſus. Alio mō dicitur mouēs aliqd vltimū. i. aliquid quod eſt vltimū ⁊ ꝓximū: ⁊ imediate mouēs: id eſt quod cū ſupple mouet ad gñationem mouetur. ⁊ de faciēte eodem mō dōm eſt: quia ſicut eſt deuenire ad mouēs imobile: ita eſt deuenire ad agens impaſſum. ℭ Conſequenter cū dicit.

ℭ Etenim medicū ſanare dicimus ⁊ vinum: primū igitur mouens nihil ꝓhibet in motu quidē imobile eſſe in quibuſdam autem ⁊ neceſſarium: vltimū autē ſemper mouere motum: in actione autem primū quidem impaſſibile: vltimū autem ⁊ ipſum patiens.

ℭ Exponit in terminis quod dixerat dicens: quod nos dicimus medicum ſiue artem medicine ſanare: ⁊ dicimus vinum ſanare: ſed tamen ars medicine ſanat in motu: vinum autem ſanat cū aſſumitur in alimētū ⁊ alteratur ⁊ tranſmutatur. pmū ergo mouens nihil ꝓhibet eē imotum ⁊ imobile: immo in quibuſdā eſt neceſſarium: quia eſt de neceſſitate deuenire ad motorē immobilem: ſed mouens alterū. i. ꝓximū ⁊ immediatū neceſſe eſt ſp mouere motū: ⁊ ſicut in motu eſt: ſic ⁊ in actiōe ſe hꝫ: quia pmū agēs agit impaſſibile. vltimum autem cum agit ⁊ ipſum patiē ſiue eſt patiens. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quecūqꝫ autē non habent eandem materiā faciunt impaſſibilia entia: verbi gratia: medicina enī ipſa faciens ſanitatē nihil patitur a ſanato: cibus aūt faciens ipſe patiē ēt: aut enim infrigidatē aut calefit aut aliud qd patiē ſimul faciens: eſt enim medicina qdem vt principiū: vltimū aūt cibus eſt ⁊ tāgens.

ℭ Quecūqꝫ quidē igitur nō in materia habent formā: hec quidem ipaſſibilia ſunt actiuoꝛū quecunqꝫ in materia paſſiua.

ℭ Cōcludit veritatē intētam: ⁊ duo facit: quia p facit quod dictū eſt. 2° aſſignat rōnē dicti. 2° ibi.(Mā quidē enim.) Dicit ergo ꝙ quecūqꝫ nō hñt eādem mām faciunt ipaſſibilia entia. i. cū agūt nō patiunē. v.g. ipſa medicina. i. ars medicine: quia nō cōicat in mā cū coꝛpe ſanato: quia nō ē in mā coꝛpoꝛali: ſed in aīa: ideo cū facit ſanitatem nihil patiē a ſanato: cibus aūt quia cōicat in hmōi mām faciēs ſanitatē: ipſe etiam patitur: quia cū aſſumitur in alimentum aut calefit: aut infrigidatē: aut aliquid aliud patiē ſimul patiens. i. ſimul agendo patiē: ⁊ quia ſic eſt medicina eſt pncipium. i. agens pncipale. cibus aūt eſt agens vltimū ⁊ tangens. i. ꝓximum ⁊ immediatū: patꝫ ergo que cōicāt ī mā ⁊ que nō: quia illa que agūt paſſa cōicant in mā: que vero agunt impaſſibilia non cōicant in mā: ideo ait ꝙ quecūqꝫ in mā nō hñt formam ſunt de numero eoꝝ actiuoꝝ que ſunt ipaſſibilia: quecūqꝫ autē hñt formā in mā agūt paſſiua. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Materia quidē dicimus oēs ſiēr eandē vt ita dicam eſſe oppoſitoꝛū cuilibet ⁊ vt genus ens: potens aūt calidū: eſſe preſente calefaciente ⁊ approximāte neceſſe eſt calefieri. T.c.54

ℭ Aſſignat cām dicti: ⁊ duo facit: quia p facit quod dictum eſt. 2° cōcludit diſtinctionem prius datā de actiuis ⁊ paſſiuis eſſe verā: ibi.(Ideo queādmodū.) Dicit ergo ꝙ oēs dicimus eſſe mām eandē: vt ita dicam cuiuſlibet oppoſitoꝛum: dicit: vt ita dicam: quia nō eſt eadē per oēm modum. eſt.n. eadem ſm eētiam nō ſm eſſe. ⁊ hmōi mā eſt vt agens ens: nam ſicut genus ſe hꝫ ad drias oppoſitas: ⁊ ꝯtrahitur ad diuerſas ſpēs per eas: ⁊ intelligiē per abnegationem eoꝛū: ſic ⁊ mā ſe habet ad formas oppoſitas ⁊ determinatē per eas: ⁊ intelligiē per abnegationem eaꝝ: ⁊ quia materia eſt ſic ſuſceptiua oppoſitaꝝ formaꝝ approximante ⁊ pñte calefaciente neceſſe eſt calefieri. ergo agens approximatū: quia cōicat in materia de neceſſitate agit paſſum. ℭ Notandū aūt ꝙ non eſt Nōnd actio ⁊ paſſio niſi inter ꝯtria: vt calidū nō agit niſi in ꝯtrium vt infrigidatū: ⁊ ſi agit in tepidū hoc eſt inquantū tepidū cōparatū ad calidū hꝫ rōnē frigidi: ⁊ quia in tali actione calidum appropinquat frigido ⁊ ecōuerſo. vtrumqꝫ agit ⁊ patitur: adeo agentia approximata: quia cōicant in mā ſunt ſimul actiua ⁊ paſſiua. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Ideo queādmodū dictū ē: hec qdē ipaſſibilia actiuoꝝ: hec aūt paſſibilia: ⁊ queādmo

dum ⁊ in motione eodē modo hʒ ⁊ in actione. illic enim primitus mouēs immobile ⁊ in effectiuis primitus faciens impoſſibile.

℃ Cōcludit diſtinctionē prius datā eſſe verā:nā ſi agentia principia:q̄ꝛ cōicant in materia ſimul cum agunt patiuntur:non communicantia aūt nō.ideo queadmodū dictuʒ eſt:hec actiuoꝝ ſunt impaſſibilia:hec quidē paſſibilia:q̄ꝛ quēadmodū ſe hʒ in motione eodem modo ſe habet in actione.illic.n.ſ.in motiōe primitus mouens eſt immobile ⁊ in effectiuis ꝑmitus faciens eſt īpaſſibile. ℃ Deinde cū dicit.

T.c.55. ℃ Eſt enim factio cā vt vnde ꝓncipium motus:cuius aūt gratia non actiua. Nā ſanitas nō factiua eſt niſi ſm methaphoram.

℃ Ut ſuperius dicebaꝛ agens qđ cōicat in mā eſt agens ꝓprium:put ꝓpriū diuidiꝛ cōtra methaphoricū:oſtenſo ergo ꝙ agentia in mā ſunt propria:q̄ꝛ non ſunt vniuerſalia ⁊ ꝑma:hic oſtdit hꝫ agentia eſſe ꝓpria que non ſūt methaphorica:⁊ tria facit:q̄ꝛ ꝑ diſtiguit inter agens propriū ⁊ methaphoricū.ſcđo oſtdit agentia propria communicare in mā ⁊ agere paſſiua.tertio oſtdit agentia methaphorica ſm ꝙ hꝫ non cōicare in materia:q̄ꝛ nō agunt paſſa.ſecunda ibi.(Et enim faciens ⁊c.) 3° ibi.(Ignis igiꝛ hʒ.) Dicit ergo ꝙ cā factiua eſt duplex vna vꝫ eſt ꝑn^{m} motus.i.efficiens:⁊ alia eſt finis.vtrūq̄ʒ.n.tam finis q̄ʒ efficiens facit ⁊ mouet:ſed efficiens ꝓprie:finis methaphorice:ideo aīt.talis autem gratia.i.cauſa finalis non eſt factiua ſupple ꝓprie.nam ſanitas non eſt quid factiuū niſi ſm methaphoram. ℃ Deinde cum dicit.

℃ Etenim faciens qdeʒ qñ exiſtit generatur aliquid patiens:abſentibus autem ꝑſentibus non adhuc generaꝛ aliquid:ſed eſt iā.Species aūt ⁊ finis habitus qdē:materia autem ſm ꝙ materia paſſiuum.

℃ Poſita diſtinctione inter agens propriū ⁊ methaphoricū.Oſtendit ꝙ agens proprium cōicat in mā cū paſſo:q̄ꝛ aſſimulat ſibi ipſum:qđ eſſe non poſſet niſi ageret paſſum ⁊ cōicaret in mā cū paſſo:ideo ait ꝙ qñ faciens exiſtit preſens generaꝛ aliqđ patiens.i.paſſiuum patiꝛ quouſq̄ʒ introducatur forma:⁊ aſſimileꝛ agenti:ſed habitibus ꝑſentibus in mā.i.introducta forma non adhuc generetur aliquid nec vlterius aſſimilaꝛ:ſed iam eſt completa aſſimilatio.nam aſſimulaꝛ ſm formā que eſt ſpecies:⁊ habita eſt finis paſſionis patiꝛ.autem ſm māʒ:q̄ꝛ mā ſm ꝙ hꝫ eſt qđ paſſum. ℃ Deinde cum dicit.

T.c.60. ℃ Ignis qdē igitur in materia habet calidū ſi aliqd ſeparatū calidū erit:hoc nihil pateretur:hoc quidē igiꝛ forſitan impoſſibile ſepatum eſſe.Si aūt ſūt quedā talia in illis vtiq̄ʒ erit verū qđ diciꝛ.Quid quidem igiꝛ facere ⁊ pati:⁊ in quibus exiſtit ⁊ quare ⁊ quomodo determinatum ſit hoc modo.

dicerem⁹ ꝙ variat terminos:qꝛ intellr p.x.aerē quē pͥus intelligebat p.a.ſubdit aūt.q̃propter ſi manet albus:cū ex aq̄ ſit aer cum non manet niſi qualitas ſymbola aqua cōueniat cū aere in albo.exiſtet ergo aqua hūide ⁊ alba:ſin aūt.i.ſi non eſt alba nigra erit aq̄.In cōtraria.n.ē trāſmutatio.q.d.ꝙ ſiue dicas aquā eſſe albā ſiue nigrā opꝫ eā hr̄e cōtrarietatē ad aerem ex quo trāſmutant̄ adinuicē ſemꝑ enim tranſmutatio eſt in contraria. trāſmutabiles igit̄ ad inuicē pn̄t hr̄e maiorē ⁊ minorē contrarietatē.ſemꝑ tn̄ aliquā contrarietatē hēbunt:nō ſubdit neceſſe eſſe:aut albaꝫ aut nigrā eſſe aquā:ſi.n.erit nigra hēbit maiorē cōtrarietatem ad aerē.ſi.n.erit alba hēbit minorē cōtrarietatē.Congruū.n.ē ex quo aer eſt proximus aque ꝙ nō habebit ad eā maiorem cōtrarietatē:nō ꝙ differat in vtraqꝫ q̄litate ſꝫ dꝫ hr̄e minorē contrarietatē.ergo ex q̄ poſitum eſt aquaꝫ differre ab aere in humido ⁊ ſicco:non eſt cōgruum ꝙ differat i albo ⁊ nigro.erit ergo alba ſicut.a.vnde aliq text⁹ hn̄t ponat̄ vtiqꝫ pͥm.a.i.ponat̄ aq̄ alba ſicut.a.i.ſicut aer:⁊ ſic aq̄ ⁊ aer ꝯueniūt i albo:ſilr ⁊.p.i.ignis exiſtet.y.ſiccitas.i.exiſtet ſiccitas q̄ intellr p.y.Ita ꝙ ly.y. accipit̄ equoce.vno mō vt noiat aquā.alio mō vt noiat hāc q̄litatē q̄ ē ſiccitas.Conueniet ergo aer cū igne in ſiccitate:⁊ cum aq̄ in albedine:ſed ſi aliam ⁊ aliā cōuenientiā:⁊ aliam ⁊ aliaꝫ ꝯrietatē hꝫ aer cum igne ⁊ cum aqua:aqua ⁊ ignis ſic cōtrariabitur:⁊ qꝛ in contraria eſt trāſmutatio vnū in aliō tranſmutabit̄.Iō aīt:ꝙ erit tranſmutatio.p.ignis i aquā. contraria.n.exiſtit aqua igni.ignis.n.pͥmo dicebat̄ eſſe nigruꝫ in quo differebat ab aere.Deinde aqua dicebatur alba in quo ꝯueniebat cum aere.qualitates ergo aque contrariant̄ qualitatibus ignis.ergo vnum in aliud trāſmutari poteſt.℄ Notandum aūt pħm non nolere ꝓpꝛias qualitates ignis.vel ꝓpꝛias qualitates aq̄.vt oſidat ſe arguere in mā cōi ⁊ in terminis cōibus.hꝫ.n.hec demōſtratio veritatē in q̄buſlibet terminis.℄ Notandū ēt vim rationis in hoc eſſe.vꝫ.ꝙ ſi ignis ⁊ aqua tranſmutantur in aerē ⁊ hn̄t aliā ⁊ aliā ꝯrietatē ad ipſum ſunt ꝯria inter ſe:⁊ ꝑ ꝯñs tranſmutant̄ adinuicem.ſi ergo extrema contrariant̄ medijs ꝯriant̄ inter ſe.⁊ ſi tranſmutant̄ cum medijs trāſmutant̄ inter ſe.℄ Notandum ēt ꝙ illatio hec que dicta eſt dupłr impediri poſſet.pͥ qꝛ diceret aliqͥs non oportere ſi extrema hn̄t cōtrarietatē ad media ꝙ hēant ꝯrietatē īter ſe. Iō pħs in rōne ꝑdicta non ſolū oſidit extrema hr̄e cōtrarietatē ad media:ſed ēt ꝓbat ea hr̄e aliā ⁊ aliā ꝯrietatem:quo poſito neceſſe eſt ea inter ſe eſſe ꝯria.nunq̄.n.aliq̄ rōne eiuſdē hn̄t aliā ⁊ aliā ꝯrietatem.niſi ſibi inuicem cōtrariet̄. Scdo poſſet dicta illatio impedire:qꝛ diceret aliquis non oportere ſi extrema ſint cōtraria ꝙ ſint adinuicē trāſmutabilia:qꝛ nō trāſmutat̄ extremū in extremū:niſi poſſit fieri tranſmutatio in alia media.diceret̄ ergo.media ꝗ infinita ⁊ nō eſſe ſtatum in eis.quo poſito extrema nō trāſmutabunt̄ adinuicem.ꝯtra hanc obōnem valet ſuppoſitio prius facta.vꝫ.ꝙ in eis ē ſtatus.quo poſito pꝫ ꝑ rōnē iam dictam ꝙ extrema tranſmutant̄ inter ſe ſi tranſmutātur cum medijs.℄ Deinde cum dicit.

℄ Palā quidē vtiqꝫ qm̄ oībus adinuicē erit trāſmutatio ⁊ in his:⁊ qm̄ in.g.terra exiſtūt reliqua duo ſymbola:nigrum ⁊ humiduꝫ: hec enim non coniunguntur vnq̄.

℄ Concludit ex dictis omnium eſſe tranſmutationē.nō.n. ſolum tranſmutatur aqua in ignem:ſed etiam terra in aerem.ideo aīt palam eſſe:quoniam omnibus ex adinuicem erit tranſmutatio.non ſolum in medijs:ſed etiam in his.i. in extremis. Nam in.g.terra exiſtunt reliqua duo ſymbola.i.reliq̄ due qualitates ſymbole.vꝫ.nigrum ⁊ humidū erit ergo terra contraria aeri:qꝛ h.ſ.qualitates terre nōcōiunguntur vnq̄ cum qualitatibus aeris:ſed contrariant̄ eis.terra igitur tranſmutabitur in ipſum aerē. ℄ Notandū autem pħm appellare nigrum ⁊ humidū q̄litates ſymbolas:qꝛ ſm ypotheſim factam aer q ponit̄ albus ⁊ ſicc⁹ differt ab igne in nigro:qꝛ ignis eſt niger ⁊ ſiccus.ab aqua vō differt in humido:qa aqua dicebat̄ humida ⁊ alba:he aūt due qualitates humidū ⁊ nigrum in quib⁹ differt aer ab igne ⁊ aqua cōgregāt̄ in terra.Ita ꝙ terra hꝫ eas ſymbolas ⁊ cōuenientes cū igne ⁊ aq̄:qa cum igne cōuenit in nigro:cū aq̄ in humido:q̄re terra cōtrariat̄ aeri:qꝛ ſi vellemus hoc ad mām ſpālem ꝯhere ⁊ noiare veras q̄litates eoꝝ:pꝫ verū eē qd̄ dr̄.Ignis vō differt ab aere qꝛ ſiccus:et aqua vō differt ab eo qꝛ frigida.frigidū aūt ⁊ ſiccū cōueniunt in terra:⁊ terra cōuenit cū igne ⁊ aqua ſm ſiccum ⁊ frigidum:quibus ignis ⁊ aqua differunt ab aere. Intētio ꝗ pħi eſt ꝓbare terrā eſſe cōtrariā aeri:ꝑꝑ ꝯtrarietatē quā hn̄t ad ipm̄ ignis ⁊ aq̄:⁊ ex hac cōtrarietate vult arguere trāſmutatōem:⁊ qa oīa eīa tā extrema q̄ media ꝯrietatē hn̄t:oīa ſūt adinuicē trāſmutabilia.℄ Deinde cum dicit.

℄ Quoniam aūt non infinitum poſſibile eſt ire quod futuri oſtendere ad hoc priuꝫ venimus manifeſtum ex his.

℄ Probat qd̄ ſuppoſuerat:⁊ duo facit:qꝛ pͥmo cōtinuat dicta dicendis.ſecūdo exequitur de intentōe ſua.(Secundum ruſus ignis.) Dicit ergo.ꝙ infinitum non eſt poſſibile ire qd̄ futuri eramus oſtendere.ſuperius enim hoc ſuppoſuerat tanq̄ id quod erat futurus oſtendere:ideo aīt ꝙ prius venimus ad hoc.i.ex priori intētione ad hoc venimus vt oſtēderemus ſtatum in elementis:vt manifeſtum eſt ex his.i. ex dictis.℄ Deinde cum dicit.

℄ Si enim rurſus ignis.p.in alio trāſmutat̄ ⁊ nō reuoluit̄.ꝟ.g.in.x.ꝯrietas igit̄ iter.p. ⁊.x.alia exiſtet preter ꝑdictas.nulli.n.idem ſupponit̄.g.y.a.p. q̄ꝫ.x. ſit igit̄.p.r.⁊.x.ſ.r. aut oībus vtiqꝫ exiſtet.g.y.a.p.tranſmutantur enim inuicē.Sed ꝙ hoc quidē ſit nōdū demonſtratum eſt:ſed illud manifeſtuꝫ qm̄ ſi rurſus.x.in aliud alia erit cōtrarietas:⁊ q̄ exiſtet.g.⁊.p.ſimiliter autem ſemper cū adiecto contrarietas aliqua exiſtet his que añ: quapropter ſi infinita:⁊ contrarietates infinite vni exiſtūt.ſi autem hoc modo non erit diffinire neqꝫ gn̄are:oportebit.n.ſi erit aliō ex alio tot trāhr̄e q̄litates ⁊ amplius plures.

℄ Probat hꝯ ſtatum oſidens numerum eoꝝ non eſſe infinitum.ſecundo ex his que dixerat concludit inconuenientia q̄ ſequunt̄ ad ponentes poſitionē illā.ꝯ⁹ ibi.(Quapropter in quedam.) Dicit ergo.ꝙ ſi rurſus ignis.p.tranſmutatur in aliud.i.in quintum elm̄ ⁊ nō reuoluit̄.i.nō tranſmutat̄ in eīa que ſunt ſub eo:ſed trāſmutat̄ in aliud q̄ꝫ ipſum.v̄.g.a.x.i.in q̄ntum elm̄:qd̄ intellr per.x.ꝯtrarietas igitur erit inter.p.⁊.r.⁊ illa ꝯtrarietas exiſtet alia preter ꝑdictas.Nā cū hꝯ q̄ntū elm̄ non ſit idem cuꝫ aliquo aliorꝫ quattuor:qꝛ.x.non ponitur ꝙ ſit idem cum.g.i.a.p.y.cuꝫ alijs quattuor.oꝫ ꝙ.p.hꝫ aliā cōtrarietatē ad.x.q̄ꝫ ad aliaꝫ ſit ꝗ.y.in.p.⁊.ſ.in.x.ita ꝙ ignis ⁊ q̄ntum elm̄ differatur.ſ. y.⁊.ſ.y.vtiqꝫ exiſtit oībus quattuor eīs.vꝫ.g.y.a.p.trāſmutant enim ſe adinuicē.quaſi diceret.ꝙ poſito 5⁹ elō oꝫ dare ignem aliā hr̄e qualitatem ab his que hꝫ vt per eam cōtrarietur.q̄nto elō ⁊ trāſmutatur cum ipſo:ſic etiam hꝯ

qualitates oꝫ dare oĩbus aliꝭ eliſ: q̄ oĩa ſũt adinuicẽ trãſmutabilia: ⁊ ſubdit: ꝙ ſi hoc quidẽ ſit neceſſe. nondũ mõſtratum eſt: vꝫ. ꝙ omnia ſint trãſmutabilia: illud tamen manifeſtum eſt ꝙ ſi rurſus. i. vͫ elementum tranſmutabitur in aliud. i. in ſextum alia erit cõtrarietas que exiſtat a. g. ⁊. p. in aliꝭ eliſ: ſemper enim cum addito. i. elo addito ſit additio contrarietatis: q̄ aliq̃ contrarietas exiſtet his qui ante. i. prioribus eliſ: vt poſſint differre ab elemẽto addito: quapropter ſi infinita ſint elementa: q̄ infinita non poſſunt differre: niſi per infinita: cum vnũquodqꝫ elorum oporteat differre a quolꝫ aliorum vnĩ. i. vniuſcuiuſqꝫ elemento ꝛ elementorum exiſtant infinite q̃litates contrarie. Si autẽ hoc eſt ita non erit aliquid differre: q̄ diffinitio illa habet infinitas differentias: ⁊ ita peribit ſcientia. nec eſt aliqd generare: q̄ ſi generabitur aliquid ex alio oportebit pertrãſire tot q̃litates ⁊ amplius plures. i. oportebit pertrãſire q̃litates infinitas: ꝙ ſi fieri non poſſit non erit generatio: ⁊ ꝑ conſequens nec alteratio. tollit ergo iſta pñ ſcdm ⁊ tranſmutatiões nãles. ℂ Notandum aũt ꝙ q̃litates infinitas appellat tot ⁊ amplius plures: q̄ infinitũ vt ſcribit̃. 3. phyſicorum eſt cuius accipientibus ſemꝑ eſt aliqd extra ſumere: ita ꝙ non poſſumus accipere tot in infinito ꝙ ſemper nõ accipiamus amplius plures: ⁊ iõ nõ cõuenit infinita ptrãſire. vult g̃ pħs dicere ꝙ ſi ponãt̃ infinite q̃litates oꝫ ptrãſire tot q̃litates ⁊ amplius plures: ꝓp qd nũq̃ fieret gñatio.

Nõdũ

T.c.63.

Dubiũ T.c.36.

Dubitaret forte aliqs ꝺ eo. qd pħs aĩt. vꝫ. ꝙ ſi ponat̃ vͫ elm oportebit q̃litatẽ illaꝫ ſm quã. vͫ. elm differt a 4° ineſſe oĩbus aliꝭ q̃tuor: vt ſi ignis differt a 5° elo: q̄ eſt. g. vt puta: q̄ eſt album oꝫ huius. r. ſ. albedinẽ ineſſe oĩbus aliꝭ eliſ: vt oĩa ela poſſint differre a 5° elo ſed hoc vr̃ repugnare apparentibus: videmus. n. ꝙ aer eſt 3ͫ elm: ⁊ ignis eſt quartũ: ⁊ aer differt ab igne: q̄ ẽ humidus. ignis vͦ ſiccus: humiditas aũt ſm quaꝫ differt aer ab igne nõ ineſt oĩbus aliꝭ eliſ: q̄ non ineſt terre. g̃ a ſili ſi poneret̃ vͫ elm q̃litas illa ſm quam differt 4ͫ elm a 5° non de neceſſitate ineſſet aliꝭ eliſ. ℂ Ad hoc autem dici põt ꝙ elemẽtũ eẽ 2ͫ ab alio vel eẽ 3ͫ. ⁊ ſic deinceps duobus modis põt intelligi. p ꝯrietatẽ formalẽ: vel per localẽ dr̃iam. ſi g̃ intelligat̃ rõ pħi ſm localẽ diſtantiaꝫ ꝑ ſe loquẽdo ⁊ gr̃a forme nõ valet argͫ. non. n. opꝫ oppõnem illã quã hꝫ aer qd ẽ 3ͫ elm ad ignẽ qd eſt 4ͫ hr̃e alia ela: ſi intelligat̃ de diſtãtia formali verum eſt: aer. n. ẽ 2ͫ elm ab aq̃: q̄ diſtat ab ea in vna q̃litate: ignis vero eſt 3ͫ elemẽtũ ab ea: q̄ differt ab ipſa in duabus q̃litatibus: ꝓp qd aer eſt medius inter aquã ⁊ ignẽ: nõ ſolũ ſm locũ: ſꝫ et̃ ſm ꝯrias qualitates: q̄ i vna qualitate differt ab aqua: ⁊ in alia ab igne: ⁊ in vna qualitate cõuenit cum aq̃: ⁊ in alia cũ igne ⁊ in tali ordine elorum qui accipit̃ ſm ꝯrietatem formalẽ valet indubitanter qd dr̃: q̃litas enim illa ſm quã differt aer ab igne cõuenit aq̃: ⁊ ſi rurſus daremus aliud elementũ ſupra ignẽ: qd ſm formalẽ diſtãtiã eẽt 4ͫ ab aq̃: q̃litas illa ſm quam differret ignis ab alio elemento cõueniret aq̃ ⁊ aeri: ſic. n. ſe hr̃et illõ elementũ qd ab igne differret in vna q̃litate: q̄ eſſet immediatus ſibi ab aere. differret in duabus: q̄ eſſet ſcdo ab eo: ab aq̃ in tribus: q̄ eẽt 3ͫ ab ipſa: oporteret. n. ſm hãc additionẽ eẽ ſupra has ꝯrietates calidũ frigidũ humidũ ſiccũ addere nouã ꝯrietatẽ: vtputa albũ ⁊ nigrũ: ⁊ ſm huic ordinẽ formalẽ differret ignis ab illo elemẽto ſm ꝯrietatẽ additã: vtputa ignis eẽt nigrum. ⁊ vt pꝫ intuenti ſic ordinarent̃ illa elemẽta: q̄ aq̃ eſſet alba frigida ⁊ humida: aer eſſet albus: calidus ⁊ humidus: ignis eẽt albus calidus ⁊ ſiccus: illõ vͦ elm additũ eẽt nigrũ calidũ ⁊ ſiccum. his cõditionibus ſic ſtãtibus elemẽtũ additũ eẽt ꝓximũ ab igne: q̄ differret ab eo in vna q̃litate ſolũ: vt in nigredine ⁊ eſſet 2ͫ ab aere: q̄ differt ab eo in duobus in nigredine ⁊ ſiccitate: ⁊ eſſet 3ͫ ab aq̃: q̄ differret ab ea i tribus:

Rñ

in nigredie: ſiccitate: ⁊ calore. loq̃ndo ergo de hoc ordine ⁊ de hac diſtãtia illã dr̃iam quã hr̃et elm additũ ad igneꝫ ad aerẽ hr̃et ⁊ aquã. ⁊ ſi iterum ſm hũc ordinẽ adderet̃ aliud elemẽtũ: ſeq̃ret̃ ꝙ oĩs illa drãs quã hr̃et elemẽtũ 2ͫ additũ ad elemẽtũ qd ꝑ addebat̃ hr̃et et̃ ⁊ ad alia. Qd vͦ arguebat̃ de terra equocabatur in diſtãtia. terra. n. non eſt q̃rta ab igne ſm cõtrarietatem formaleꝫ: ſed ſm locum: immo plus diſtat ignis ab aq̃ ſm talem ꝯrietatem q̃ꝫ a terra: pꝫ ergo rõnẽ pħi per ſe loquendo gr̃a forme tenere in diſtantia ⁊ ordine ſm formalẽ dr̃iam: ſed gr̃a mãe vel ꝓp aliquã ſpãlẽ cãm valere poſſet ſm omnem diſtãtiam.

Ulterius dubitaret aliqs: q̄ dubitatio tacta ⁊ ſolutio eius aliã dubitationem ſecũ trahit: dictũ eſt. n. terrã nõ eẽ q̃rtam ab igne ſm formaleꝫ differentiã: ſed ſm localẽ. Si g̃ adderet̃ 5ͫ elemẽtũ non oporteret hꝫ elm additũ hr̃e talẽ oppõnem ad terrã q̃lẽ hr̃et ad igneꝫ: nec oporteret q̃litatẽ illã ſm quã tale elm differret ab igne ineſſe terre. ℂ Diceremus g̃ ꝙ addito tali elemento aq̃: q̃ eſt 3° ab igne loco ⁊ forma: eſſet q̃rta ab illo elemẽto loco ⁊ forma: aer vͦ q eſt ſcdo ab igne loco ⁊ forma eẽt ab illo elemẽto addito tertius loco ⁊ forma: terra vͦ q̄ eſt q̃rta ab igne loco ⁊ nõ forma ſiue nõ formali dr̃ia eſſet ab illo elemẽto 5° nõ p dr̃iam formalẽ: ſed p localẽ diſtãtiã: ⁊ q̄ in tali diſtãtia: vt dictũ eſt: nõ hꝫ locũ rõ data nõ oporteret terram ſic differre ab elo addito ſicut differt ignis. Cõtrariũ tamen huius pħs dicit in lr̃a: vult. n. ꝙ dr̃iã quã hr̃et elm additũ ad ignẽ: hr̃et ad oĩa. 4. ela. ſ. ad. g. y. a. p. i. ad terrã aquam aerẽ ⁊ ignẽ. ℂ Ad h̃ aũt dici põt ꝙ elm additũ põt itelligi 5ͫ: nõ ſolũ ſm localẽ diſtãtiã: ſed et̃ ſm formalẽ dr̃iam: ita ꝙ eẽt 5ͫ a terra. 4ͫ ab aq̃. 3ͫ ab aere: ⁊ imediate ignĩ ſm formalẽ dr̃iam: vt ꝙ differat modice ab igne ⁊ multuꝫ a terra: ⁊ q̄ ſemper maius includit minus: et in his q̃ ſũt ordinata ⁊ per ſe differentiam quã hr̃et ad ignẽ hr̃et ad terrã ⁊ ad alia. Põt et̃ ⁊ alr̃ dici ꝙ gr̃a mãe valet ꝙ dictum eſt q̃litercunqꝫ ponat̃ 5ͫ elemẽtũ additũ. Nã multiplicatio elorum q̃rtũ multiplicari pñt ſm calidũ ⁊ frigidũ humidum ⁊ ſiccũ addito 5° elemẽto oꝫ addẽ nouã ꝯrietatẽ: ⁊ ſꝫ illaꝫ ꝯrietatẽ additã opꝫ oĩa q̃tuor elemẽta differre ab illo q̃nto elemẽto: ſufficiunt. n. q̃tuor elemẽta: vt differãt oĩ modo q̃ poſſunt differre ſecundum q̃tuor q̃litates actiuas ⁊ paſſiuas: a q̃nto ergo elemẽto ſi differrent ſumeret̃ hꝫ dr̃ia per alias q̃litates. addito ergo q̃nto elemẽto opꝫ addere circulum elemẽtorum aliquã q̃litatẽ: vt p eam differãt ab ipſo: ⁊ h̃ ſufficit ad ſaluandam intentionem pħi.

Dubiũ

T.c.63.

℞

Dubitaret vlterius aliqs ⁊ hec dubitatio rõnabiliter ſumeret ortũ ex dictis. ait enĩ pħs ꝙ addito 5° elemẽto: opꝫ addere aliquã q̃litatem omnibus quinqꝫ. dictuꝫ eſt. n. hoc valere gr̃a mãe. q̄. 4. ela p duas ꝯrietates multiplicant̃ oĩ modo q̃ multiplicari pñt: ⁊ differunt omni modo q̃ differre poſſunt. Sꝫ ſi ꝓp additionem q̃nti elemẽti adderet̃ noua ꝯrietas ſm ꝯrietateꝫ additam nõ differrẽt. 5. elementa omni mõ q̃ poſſent differre: qd ſic pꝫ. Nam ſp ꝯrietas addita duplat elemẽta. vna enim ꝯrietas non põt ꝯſtituere niſi duo elemẽta: vt ſi eẽt ſolũ hec ꝯrietas humidum ⁊ ſiccuꝫ cõſtaret elemẽtũ ex vna q̃litate ⁊ eſſent tm̃ duo elemẽta: vtputa terra ⁊ aq̃. addita vͦ 2ª ꝯrietate vt calidũ ⁊ frigidũ ꝯſtat elemẽtũ ex duabus q̃litatibus ⁊ ſunt. 4. elementa: q̄ q̃tuor modis cõbinari pñt dicte qualitates. ſi vͦ adderet̃ 3ª ꝯrietas ⁊ eſſent tres cõtrarietates prime ꝯſtitutiue elemẽtorum: vtputa humidũ ſiccũ calidũ frigidũ: albũ nigrũ: cõſtaret elm ex tribus qualitatibus: ⁊ eſſent octo ela: q̄ tales qualitates exceptis continuationibus impoſſibilibus octo modis ꝯtinuari poſſent poſſibilr̃: ita ꝙ ꝑͫ elm eſſet frigidũ ſiccuꝫ album. 2ͫ frigidum humidum albũ. tertiũ calidũ humidũ album: q̃rtuꝫ calidũ ſiccum album: quintum frigidum ſiccum nigrum

Dubiũ

T.c.63.

ſextum frigidum humidū nigrum. ſeptimum calidū humidum nigrū. octauum vō calidum ſiccū nigrum. Ex q̄ pꝫ ꝙ ſemper additio noue cōtrarietatis duplat elementa: ⁊ vna contrarietas facit duo. due contrarietates quatuor. tres contrarietates octo. apparet etiam ꝙ omnes ille combinationes ſiue omnes ille continuationes ſunt poſſibiles: q̄ꝛ in nulla illarum congregantur oppoſite qualitates. ḡ ex additione ſexti elemēti: vt pꝫ per iam dicta non opꝫ addere nouā cōtrarietatē: q̄ꝛ ſufficiunt tres cōtrarietates nō ſolū ad cōſtituendū ſex elementa: ſed etiā ad cōſtituendū octo cuius oppoſitum innuit̄ in textu.

Re° ¶ Ad hoc autē dici pōt ꝙ pōt accipi ſextum elementū ſcḋm indifferentiā formalē ⁊ tunc nō hꝫ dubiū qḋ dr̄. Nā ex tribus ↄ̄rietatibus non poſſunt cōſtitui octo elementa: ita ꝙ vnū elementum ſit octauū ab alio ſcḋm ↄ̄rietates ⁊ qualitates: q̄ꝛ ſcḋm hunc ordinē ⁊ ſcḋm hanc diſtantiā ſemper a remotiori elementō dꝫ plus differre ⁊ hr̄e plꝰ q̄litates contrarias ad ipſum: vt ſi a primo differt in vna qualitate ab alio differret in duabus: ab vlteriori in tribus: ⁊ ſic deinceps: ita ꝙ nō poſſet aliquod elementum eſſe octauū ab aliquo per ſolas tres qualitates: immo ſi dꝫ eſſe ſextum ab eo ſcḋm hunc modū diſtātie non ſufficiunt tres contrarietates: ſed requirit̄ ibi noua ↄ̄rietas. Poteſt etiā ⁊ aliter dici: nam multa nō valēt in ſe conſiderata que valent gr̄a mā̄e in qua ē locutio: ⁊ multa ſunt poſſibilia vno mō que ſunt impoſſibilia alio pħs.n. nāl̄is: q̄a artifex ſpālis eſt ſufficit vt veritatem dicat: ꝙ ſic accipiat terminos cōes vt deſeruiunt mā̄e ꝓprie: dicte octo ↄ̄rietates: ⁊ ſi ſunt poſſibiles abſolute accepte non tamen ſunt poſſibiles vt ſpectat ad propoſitū: nihil.n. ſupra ignem: vt ad pħm ſpectat pōt eſſe humidum vel frigidū. ſi ergo quintū elementū eſt ſupra ignē: dꝫ ꝙ ſit calidū ⁊ ſiccū. ſi ergo differt ab eo: q̄a eſt nigrū. ignis vō eſt albus: erit quintum elementū calidū ſiccū nigrum. ſi ergo dabit̄ ſextū elementū illud erit calidū ⁊ ſiccū albū cū ſit ſupra ignē: ſi eſſet calidū ſiccū albū non differret ab igne: ſi eſſet calidum ſiccum nigrū non differret a quīto elementō. Si ḡ dꝫ differre ab eis opꝫ dare nouā ↄ̄rietatem: vt puta dulce ⁊ amarum ⁊ ſi hoc ſextum elementū ponit̄ dulce alia elementa erunt amara: vt a tali elementō ſcḋm ꝙ hꝫ formalr̄ differunt: poſſet etiā ⁊ aliter r̄nderi ⁊ magis ad ꝓpoſitum: ſed hoc hic taceatur quod ſtatim in alijs dubitationibus oſtendetur.

Dubiū **Dubitaret** etiā vlterius aliq̄s ꝙ nō opꝫ ſi ſunt infinita elementa: ⁊ quodlibet eorum differt ab alio: ꝙ in vnoquoque eorum ſint qualitates per quas differat ab infinitis alijs. pōt.n. aliqḋ per vnā drīam differre ab infinitis rebus. ſi.n. eſſent infinite ſpēes beſtiarū hō per vnā drīam: vt per hoc ꝙ eſt rōnale differret ab oībus alijs. poterit ḡ vnū elementū differre ab infinitis elementis per vnam drīam.

Re° ¶ Ad hoc autē dici pōt ꝙ drīe formales elementorum de quibꝰ loquimur ſunt qualitates p̄me actiue ⁊ paſſiue: qualitates autē ⁊ ↄ̄rietates p̄me nō ſic nolate ſunt: q̄ꝛ ſp̄ altera pars ↄ̄rietatis ineſt alicui elementorum: quodlibet.n. elementum vel eſt calidū: vel eſt frigidum: vel eſt humidum: vel eſt ſiccū: ⁊ quot ſunt ↄ̄rietates tot qualitates inſunt cuilibet elementō. Jdeo.n. quodlibet elementū cōſtat ex duabus q̄litatibus: q̄ꝛ ſunt due p̄me ↄ̄rietates: vna eſt calidi ⁊ frigidi: alia humidi ⁊ ſicci. Cum ergo infinita elementa nō poſſint differre: niſi ꝑ infinitas ↄ̄rietates: ſi infinita eſſent elementa: infinite qualitates eſſent in vnoquoque: nō eſt ergo ſimile de drīa primarum qualitatū: ⁊ de alijs differentijs vt ratio ſupponebat.

Dubiū **Dubitaret** etiā vlterius aliquis dicens: ꝙ nō opꝫ ſi ſunt infinite qualitates elementorum ꝙ ſint infinite cōtrarietates: ſemper.n. vna ↄ̄rietas eſt duarum qualitatum: vt dulcis ⁊ amari eſt vna contrarietas: calidi ⁊ frigidi alia. erunt ergo duplo plures qualitates q̄ꝫ cōtrarietates. ſi ergo qualitates ſunt infinite ↄ̄rietates nō erunt infinite: q̄ꝛ tūc pars equaret̄ toti: ⁊ ſubduplū duplo: cū infinitum non ſit maius infinito: pħs autē in lr̄a vr̄ vtrunque pari rōne cōcludere. vꝫ ꝙ poſito infinito numero elementorum erunt infinite q̄litates ⁊ cōtrarietates in eis.

Re° ¶ Ad hoc autē dici pōt ꝙ in argumēto eſt fallacia accidentis. in numero.n. q̄ꝛ creſcit in infinitū non ſunt plures binarij q̄ꝫ quaternarij: ſicut.n. dicere poſſumus duo. quatuor. ſex. octo. ⁊ ſemper ſic addēdo binarium in infinitum: ita poſſumus quatuor. octo. 12. ⁊ ſemper addere quaternarium in infinitum. Cū ergo infinitum non ſit maius infinito: q̄ꝛ in numero ſunt infiniti binarij ⁊ infiniti quaternarij. ergo tot ſunt ibi quaternarij q̄ꝫ ſunt binarij: ⁊ q̄a quilibet quaternarius cōtinet duos binarios duplo plures erūt ibi binarij q̄ꝫ quaternarij. binarij ḡ numerorū ſunt equales quaternarijs: ⁊ ſunt duplo plures eis: quod eſt inconueniens: ſed ſic dicendo inſtamꝰ dubitationi: ſed non ſoluimus ad formam arguēdi. ¶ Notandū ergo ꝙ infinitum ſcḋm ꝙ huiuſmodi non hꝫ rōnem totiꝰ nec ꝑfecti: vt pōt hr̄i ex 3° phyſicorū: oīs ḡ illa argumentatio que reſpicit duplū ⁊ ſubduplū triplū ⁊ ſubtriplum: vel qualitercūque reſpiciat partem ⁊ totū accidit ⁊ ē extranea ab infinito. binarius ergo ad quaternarium pōt opari dupliciter: vel vt dicit qḋ terminatū: ⁊ vt reſpicit numerum terminatum: ⁊ ſic eſt pars eius: q̄a finito ⁊ terminato pōt cōpetere rō totius ⁊ partis: ſed ſi ternarius ⁊ quaternarius accipiant̄: vt hn̄t ordinē ad infinitū numerū: q̄ꝛ infinito accidit rō totius: nec ſe hꝫ vnū ad aliud vt totum: nec vt pars: totū.n. ⁊ pars dn̄t aliquid terminatū nō.n. eſſent. 4. totum ad duo: niſi hr̄et terminatas vnitates ⁊ dualitas non eſſet pars eius niſi vnitates determinatas hr̄et. Jnfinito autē accidit terminatio ⁊ eſt extranea ab eo. nō ergo obſtāte ꝙ binarij ſint duplo plures q̄ꝫ q̄ternarij. in numero tamen infinito tot ſunt quaternarij quot binarij: ſic non obſtāte ꝙ qualitates ſint duplo plures q̄ꝫ ↄ̄rietates: ſi tn̄ eēnt īfinite qualitates eſſent infinite ↄ̄trarietates. Ex hoc autem melꝰ patere pōt ſolutio p̄miſſe: ſi elementa creſcerent in infinitum cum in infinito non ſint plures binarij q̄ꝫ quaternarij: vel etiā q̄ꝫ octonarij: imo in infinito tot ſunt centenarij: vel etiā millenarij quot binarij: ſicut enim nō deficiet numerus accipiendo infinitos binarios addendo duo. 4. in infinitū: ſic non deficiet accipiendo infinitos millenarios: addendo mille duo millenarij in infinitum. Si igitur ponantur infinita elementa addere nouā ↄ̄rietatē poſſumus per eā duplare elementa: vt ſi due ↄ̄rietates ↄ̄ſtituunt. 4. elementa: tres ↄ̄rietates conſtituant octo: ⁊ quatuor ſexdecim: ⁊ ſic deinceps quicquid ponat̄: ſiue finita ſunt elementa: opꝫ dare infinitas cōtrarietates ⁊ infinitas qualitates in eis. Nunq̄ꝫ.n. erūt infinita elementa ſic multiplicando ⁊ addēdo. 4. 8. 16. ⁊ ſic deinceps: niſi accipiant̄ infinite multiplicationes. ⁊ q̄ꝛ infinite multiplicationes requirunt infinitas contrarietates. Jnfinite autē cōtrarietates infinitas qualitates ponendo numerū elementorum infinitū opꝫ ponere infinitas ↄ̄rietates ⁊ infinitas qualitates in eis. Cū ḡ dicit pħs ꝙ addendo quītū elementū opꝫ addere nouā ↄ̄rietatē ⁊ nouā qualitatē elementis p̄oribus: ⁊ addendo ſextū opꝫ etiā addere nouā ↄ̄rietatē ⁊ nouā qualitatē. per additionem quinti vel ſexti intelligit quācūque multiplicationem elementorum requirentē nouā ↄ̄rietatē: q̄ꝛ ex quo elementa ponuntur infinita. infinitas tales multiplicatiōes cōuenit ponere in eis. ⁊ ꝑ conſequens infinitas contrarietates ⁊ qualitates: quod declarare volebamus. ¶ Deinde cum dicit.

Nōndū T.c. 66.

T.c. 36.

¶ Quapropter in quedam quidē nunquā tranſmutatio erit. v.g. ſi infinita media neceſſe infinita elementa.

¶ Concludit tria inconuenientia. ſecunda pars: ibi. (Amplius autē.) 3ª ibi (Fiunt autem.) Primum inconueniens ē tale. ꝙ ſi ſunt infinita elementa in quedam eorum nunq̄ꝫ erit tranſmutatio: q̄ꝛ extrema nunq̄ꝫ tranſmutabuntur in extrema

v.g.ſi ſunt infinita elemēta neceſſe eſt infinitū elm ptrāſire
anteq̄ deueniamus ad hoc q̄ extremū ↄuertaꝛ in extre/
Nōndū mum. ¶ Notandum aūt q̄ non eſt poſſibilis tranſmuta
tio extremoꝝ niſi ſit poſſibilis tranſmutatio oīum medio
rum: ſi ergo media ſunt infinita nunquam extrema tranſ
mutabuntur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autē neq; ex aere in ignē tranſ/
mutatio ſi infinite contrarietates generate.

¶ Ponit ſcdm inconueniens: q2 non ſolū extremū trāſmu/
tabitur in extremū: ſed qđ amplius eſt ꝓximum nō tranſ/
mutabiꝛ in ꝓximum: vt ex aere non erit tranſmutatio in
ignē: ſi ꝑ q2: q2 infinite ſunt ↄtrarietates eloꝝ: ꝛ ꝑ ↄñs infi
nite qualitates ſunt in vnoq; eloꝝ. nūq̄ ergo erit gñatio
aliq̄: q2 ↄtingeret infinita ptrāſire. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Fiunt aūt ꝛ oīa vnū: neceſſe. n. exiſtere oēs
in inferioribus qdē. p. que ſuperiorū. his āt
que inferioꝝ: quapropter oīa vnum erunt.

¶ Ponit 3m inconueniens: nam ponere infinita ela ꝛ infini
tas qualitates ex eis eſt dicere q̄ oīa ela fiunt ꝛ ſunt vnū
elm: q2. p. ꝛ q2 oēs qualitates infinitoꝝ neceſſe eſt exiſtere
his. ſ. ſuperioribus: quapropter oīa ela erunt vnum elmtū.
Nōndū ¶ Notandū aūt q̄ p li. p. intelligit omnes q̄litates eloꝝ:
ſi ergo qđlꝫ elm hꝫ infinitas q̄litates qđlibꝫ hēbit omnes
qualitates: cum non diſtinguatur ab alio: ſed erūt omnia
elementa vnum elementū que ſunt ſuperiorum neceſſe eſt
exiſtere in inferioribus ꝛ qualitates que ſunt inferioꝝ ne/
ceſſe eſt exiſtere his. ſ. ſuperioribus.

Dubiū **Dubitaret** forte aliquis q̄ nō oꝫ ſi oēs qualitates
que ſunt in vno elo: ſunt in alio ela nō
differre. poterūt. n. diſtingui ꝑ ſuas formas ſubales amota
R° diſtinctiōe per qualitates actiuas ꝛ paſſiuas. ¶ Ad hoc
autem dici poteſt q̄ diuerſitas qualitatū in elis ſequiꝛ ex
diuerſitate nāli. ſi ḡ eſſent he qdem qualitates in vno q̄ in
alio: eſſet eadē nā oīum eloꝝ: ꝛ oīa ela eēnt vnū elm. lꝫ. n.
aliud ſit forma ſubalis ignis: ꝛ aliud qualitates eꝰ: tn̄ ſta/
tim cū elm aliqđ adeptū eſt oīno q̄litates ignis ſtatim fit
ignis: ſic ſi vnū elm hrēt oīno qualitates alterius: vnū elm
fieret aliud. Ad hoc etiam idem facit: q2 ſicut res ſe hꝫ ad
eſſe: ita ſe hꝫ ad vnitatem ꝛ diſtinctionem: ſicut ergo ignis
non remanet in ſuo eſſe nāli ſine proprijs qualitatibus: ita
non remanet in eſſe diſtincto ſine qualitatibus diſtinctis.
ſi ergo oīa ela hrēnt eaſdeꝫ qualitates omnino eſſent vnū
ꝛ idem elm: quod probare volebamus.

T.c.37 Dmirabiꝛ aūt aliquis aliquos di
cētes vno corpoꝝ ela plura vt nō
tranſmutēt inuicē. ſicut Empedo
cles inquit. qūo cōtingit eis dicere
comparabilia elementa. Sed tamē dicit ſic:
hec enim equalia eſſe omnia.

¶ Quia phs dixerat ela eſſe adinuicē trāſmutabilia. Ideo
hic ſpāliter reprehēdit empedoclem q hoc negauit. Circa
quod duo facit: q2 p̄ oſidit q̄ empedocles ſm ea q̄ dixit nō
potuit negare eloꝝ tranſmutationē. 2° ex ħ vlterius deſcē
dit: ꝛ oſidit q̄ empedo. ſm ea q̄ poſuit non potuit ſaluare
tranſmutationes nāles. 2° ibi. (Sed augmentatio.) Circa
T.c.38. pmum duo facit: q2 p̄ ait q̄ oportuit empedo ſm ea que
dixit ponere tranſmutationē eloꝝ. 2° qđ dixerat ꝓbat: ibi
(Si ergo ſꝫ q̄ntū.) Dicit ergo q̄ admirabiꝛ aliqs aliquos
dicentes. i. de his q reputant ſe phos ꝛ credunt ſe aliqđ di
cere mirabiꝛ hoc de eis ſi ponant elementa corporum plu
ra vno: ita tamen q̄ non tranſmutent ſe adinuicem: ſicut
empedo. inquit ꝛ ponit: q2 ſi ſunt elementa intranſmuta/

bilia: quomodo contingit dicere eis. ſ. empedocli ꝛ ſuis ſe/
quacibus: elementa eſſe comparabilia. Ideo ſubdit q̄ ta/
men empedocles cum hoc q̄ ponit elemēta intranſmuta/
bilia dicit ſic: q̄ hec omnia elementa contingit eſſe compa
rabilia ꝛ equalia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si ergo ſm quātū neceſſe ideꝫ aliquid eē
exiſtēs in oībus comparabilibus. qūo enīꝫ
menſuraꝛ: v.g. ſi ex aque pugillo erūt pu/
gilli aeris. x. idem aliquid erit igitur ambo
ſic menſurantur eodem.

¶ Probat qđ dixerat. vꝫ. hoc ſtare non poſſe q̄ ela ſint cō/
parabilia ꝛ equalia: ꝛ tamen ſint intranſmutabilia: vt em
pedocles ponebat. Circa qđ duo facit: q2 p̄ oſidit ela eſſe
tranſmutabilia ſi ſunt equalia ſm quantitatē. 2° q̄ ſunt
tranſmutabilia ſi ſunt equalia ſm qualitatē. 2° ibi. (Si āt
nō ſic ſm q̄ntū.) Dicit ḡ q̄. ſi ela ſunt equalia ꝛ cōpabilia
ſm q̄ntū: neceſſe eſt idē eſſe exñs in oībus talibus compara
bilibus: q2 qūo menſuraꝛ ꝛ adequaꝛ aliqđ alicui ſm q̄ntī/
tateꝫ: ſupple ſi non exiſtit aliqđ in eis quo menſureꝛ: q. d.
nullo modo. v.g. ſi ex pugillo aque erunt decem pugilli
aeris idē aliqđ erit in eis: q2 erit in vna ꝛ eadē mā: ꝛ ſic am
bo. ſ. aer ꝛ aqua menſuranꝛ eodē: ex hoc. n. ex vno pugillo
aque fiunt decē aeris: q2 tanta mā quanta eſt ſub vno pu/
gillo aque eſt poſtea ſub decē aeris: ꝛ q2 hñt eādē mām
ſunt adinuicem tranſmutabilia. ſi elementa ſunt ſic eq̄lia
adinuicem tranſmutantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si aūt nō ſint ſm quātū comparabilia: vt
quantum ex quanto: ſed ſm quātum poteſt
v.g. ſi pugillū aque equaliter poteſt infrigi
dare ꝛ. x. aeris: ꝛ ſic ſm quātū: nō ſcđꝫ id q̄
quantū comparabilia. ſed ſcđm id q̄ poſſūt
aliquid: erit ergo ꝛ non quanti menſurā cō/
parare: ꝛ ſcđm potētias: ꝛ ſcđꝫ ꝓportiōes:
verbi gratia: vt hoc calidū: hoc autēꝫ albū:
hoc autem vt hoc ſignificat: in equali quidē
ſimile in quanto autem equale.

¶ Quia forte diceret empedocles q̄ ipſe non ponebat ela
equalia ſm q̄ntitatē: ſed ſm qualitatē. Iđ hic phs oſtendit
q̄ ſi ponunꝛ equalia ſm qualitatē nihilominꝰ ſūt trāſmu
tabilia. Circa qđ duo facit: q2 p̄ oſidit qūo ela pñt poni eq̄
lia ſm qualitatē. 2° ex ħ arguit ea eſſe tranſmutabilia: ibi
(Incōueniens igitur.) Dicit ḡ q̄ ſi ela nō ſunt ſic cōpara
bilia ſm q̄ntū: vt fiat q̄ntum ex q̄nto: ſed ſunt cōpabilia ſm
q̄ntū pōt. i. ſm v̄tutē ꝛ qualitatē. v.g. ſi pugillus aq̄ dici/
mus q̄ pōt eq̄lr infrigidare: ſic ꝛ decē aeris: ꝛ ſic ſm q̄ntum
v̄tutis nō ſm id qđ eſt q̄ntū molis ſiue ſm v̄tuteꝫ ꝛ nō ſm
q̄ntitatē ſimplr cōpabilia ſūt ela: vt ſm id qđ aliqđ pñt ve
rum: q2 equalitas ſm potentiam ꝛ v̄tutem pōt intelligi: vl
ſm v̄tutes diuerſas: vt ſi diceremus tm̄ aquā poſſe infrigi
dare q̄ntum aerem calefacere: ꝛ hoc proprie nō eſt eq̄litas
ſed ꝓportio: nec ſic videbaꝛ intelligere empedocles: vt cō/ T.c.37
mentator ait. alio mō pōt intelligi equalitas ſm eādē vir/
tutem ꝛ qualitatē: ꝛ ſic magis menſuraꝛ nomen equalitas
Iđ ait: erit ergo nō cōpare menſuraꝫ q̄nti ſm pōas ꝛ v̄tutes
diuerſas: ſiue ſm ꝓportionē. v.g. vt hoc calm: ꝛ ħ albū: q2
hoc vt ħ. i. equale in eo q̄ equale. in quali ſigt ſile in q̄nto
aūt ſigt equale. ¶ Notandū aūt q̄ equale ſile ꝛ idē vni/ Nōndū
tatē importāt: vt dī. 5. metha. q2 vnū in ſuba facit idē vnū T.c.15.
in qualitate ſile. vnū in q̄ntitate equale: verum q2 qualitas
aliqua: vt v̄tus ꝛ potētia hꝫ aliq̄ mō rōnē q̄nti. Iđ ſm talē
q̄ntitatē pōt attendi equalitas: ſed q2 equalitas vnitatē di
cit: talis equalitas dꝫ attendi ſm vnitatem virtutis: vt di/

camus vnus pugillus aque pōt tm̄ infrigidare quātuꝫ.x.
aeris.non autem debet attendi ſm diuerſas potētias ⁊ vir
tutes:vt ꝙ aqua poſſit tm̄ dealbare quātū aer calefacere.
Ideo equale ꝓprie dicit vnū in quātitate.extenſo tamen
noīe pōt dicere vnū ⁊ ſimile in qualitate.Ualde tm̄ impro
prie diceret diuerſuꝫ ⁊ diſſimile in qualitate.ſi ergo empe
docles ponebat elā eſſe equalia:niſi valde improprie acci
peret equalitatē:opꝫ ꝙ eſſent cōparabilia vel ſm eandem
qualitatem vel ſm eandē q̄ntitatem.℃ Deinde cū dicit.

℃ Incōueniēs ergo videbiſ ſi corpora imu
tabilia entia nō ꝓportiōe cōparabilia:ſꝫ mē
ſura potētiaꝝ.⁊ ꝙ eſſe eq̄le calidū.aut ſimi
le.ignis tm̄ ⁊ aeris multiplex.ideꝫ.n.eſt plus
qꝛ homogeneos talem habebit relationeꝫ.

℃ Oſtenſo quō pōt accipi equale in q̄litate. arguit ꝫ empe
docleꝫ dicens:ꝙ inconueniēs videbiſ ſi corpa elōꝝ ſunt
entia imutabilia.⁊ nō ſunt cōpabilia ꝓportione.i.ſm di
uerſas virtutes ⁊ potētias:qꝛ tunc nō eſſent equalia.ſed cō
parantur mēſura potētiarū qō eſt eſſe equale calm aut ſilē
vt ſi diceremus ꝙ modicū ignis hꝫ vim tantam ſicut mul
tum aeris.Cum igitur id ⁊ plus dicant aliquid homoge
neos.i.aliqd eiuſdē rōnis:ſi elā ſunt ſic cōparabilia vnum
⁊ aliud hēbit taleꝫ reſolutionē.i.talē ꝓportionē qō cū ip
ſo cōicabit in mā:⁊ poterit trāſmutari in illud. ℃ Notan
Nōndū dum aūt ꝙ ſm Cōmentatorē que hñt ſic equalitatē ⁊ par
T.c.37 ticipant ſm eādē rōnem vnā qualitatē ⁊ vnaꝫ virtutē ⁊ po
tētiaꝫ:ſunt eiuſdē generis:⁊ qꝛ vnitas generis eſt quaſi vni
T.c.16. tas metha. vt dr̄.v.metha.que ſunt ſic cōparabilia habēt
vnaꝫ mām ⁊ ſunt adinuicē trāſmutabilia.ſi ergo empedo
cles ponebat elā equalia.ſiue acciperet equale ſm quātita
tem:ſiue ſm potentiā ⁊ virtutē cogebatur ad dicendū elā
eſſe adinuicē trāſmutabilia.℃ Deinde cum dicit.

T.c.38. ℃ Sed neqꝫ augmētatio vtiqꝫ erit ſm empe
docleꝫ.ſed ſm adiectioneꝫ.igne autē augeſ
ignis.auget enim puluis propriuꝫ genus.
ether autem ethera.hec autē adiunguntur. vi
dentur autem non ſic augeri que augentur.

℃ Oſtendit empedoclē ſm ea que dixit nō potuiſſe ſaluare
trāſmutationes ⁊ motus quos in nā videmus.motus autē
T.co.4 large ſumptus per phm in 3° phyſicoꝝ eſt in quatuor ge
neribus.ſ.in ſuba.vt gñō.⁊ q̄ntitate.vt augmētatio.in qua
litate.vt alteratio.⁊ vbi.vt loci mutatio.Quatuor ergo fa
cit:qꝛ primo oñdit ꝙ empedocles non potuit ſaluare aug
mētuꝫ.ſecūdo ꝙ nō potuit ſaluare generationē.3° ꝙ non
motuꝫ localē.q̄rto ꝙ nō alterationē.2° ibi.(Multū autem
T.c.39. difficilius.)3° ibi.(Amplius aūt ꝺ motu.)q̄rta ibi.(Incō
T.c.42. ueniens aūt ⁊ ſi alam.)Dicit ergo ꝙ ſm empedocleꝫ non
erit augmentatio.Empedocles.n.nō poſuit augmentū fie
ri per alterationē ⁊ per cōuerſionem augmētatiuaꝫ in au
gmentū.ſed dicit augmentuꝫ fieri ſꝫ adiectioneꝫ.vt ignis
augeſ igne.⁊ vnūqōqꝫ auget amplius ſuū propriuꝫ genꝰ:
vt ether auget ethera:⁊ frumētuꝫ frumentum.hec autē ad
iunguntur.i.hec adiunctio ⁊ additio.que aūt augētur nō
videtur ſic augeri.ſ.per ſolaꝫ additionē.ſed requiritur ibi
alteratio ⁊ conuerſio.℃ Deinde cum dicit.

T.c.39. ℃ Multuꝫ aūt difficilius tradere ſꝫ naturaꝫ
de generatione.que autē generantur ſm na
turam.aut ſemper.aut vt multū.ea autē que
preter ſemper ⁊ multū ab euentu ⁊ fortuna.
Que igiſ cauſa ex homine hominē.aut ſem
per.aut vt multuꝫ.⁊ ex frumento frumētū:
ſed non oliuam.

℃ Primo oñdit ꝙ empedocles ſm ea que dixit non potuit
ſaluare generationē.ſcdō oñdit qd eſt illud qō dimiſit em
pedocles:qō facit ad gñationē vniuſcuiuſqꝫ:ibi.(Hec aūt
eſt ſuba.)Notādū aūt empedoclē poſuiſſe cās reruꝫ caſuꝫ Nōndū
⁊ fortunā.liteꝫ ⁊ amicitiā.⁊ quatuor elā. Duo ergo facit.
qꝛ p̄ oñdit euꝫ nō potuiſſe ſaluare gñationē ratū cū poſue
rit principiū entium caſuꝫ ⁊ fortunā.ſcdō oñdit ꝙ non po
tuit ſaluare gñationē prout poſuit ꝑncipia entium liteꝫ ⁊
amicitiā.⁊.4.elā.2° pō ibi.(Aut ſi ita cōponanſ.)Dicit er T.c.40
go difficile fuit empedocli ſaluare augmentum:ſed multo
difficilius erit tradere.i.tractare de gñatione ſm naturaꝫ.
Naꝫ ſm caſum ⁊ fortunā talē gñationem ſaluare non po
tuit:quia que generanſ ſm nāꝫ:aut ſunt ſemper:aut ſunt
multū.i.frequēter.que aūt ſunt ab euentu ⁊ a fortuna pre
ter ſm ⁊ multū.que ergo eſt cā ex hoīe generari hoīeꝫ.aut
ſemper aut multū:⁊ ex frumento frumentum ⁊ nō oliuam.
ſemper.n.aut vt frequēter ex ſimili ſimile ꝓducitur. nō fit
oliua ex frumento:ſed frumētuꝫ.fortuna ergo que ē vt ra
ro hoꝝ cā eſſe non poterit.℃ Deinde cum dicit.

℃ Aut ſi ita cōponatur os.nō eniꝫ vt contin T.c.40
git cōuenientibus nihil generatur.quēadmo
dū ille inqt.ſed rōne aliqua.que igitur horū
cauſa.non eniꝫ ignis aut terra. ℃ Sꝫ tamē T.c.41.
neqꝫ amicitia neqꝫ lis. congregationis eniꝫ
ſolum.hec autē ſegregationis cauſa.

℃ Oſtendit ꝙ empedocles non potuit ſaluare gñationē po
nēdo principia litē ⁊ amicitiā.⁊.4.elā.ꝙ ſi cōponaſ aut os
aut caro non fit hoc fortuitu.quēadmoduꝫ ille inquit. ſꝫ
aliqua rōne. Naꝫ cōuenientibus elīs vt cōtingit.i. fortuitu
nihil generaſ.ſemꝑ ergo fit generatio ꝑ rōnabilē vnioneꝫ
eloꝝ.q̄ igiſ erit cā hoꝝ.vꝫ.ꝙ ela mixta ſūt rōnabiliter nō
fortuitu:vnū aliqd.hec aūt cā nō erit ignis:aut terra : aut
4.elā:qꝛ cūꝫ ꝺ ſint plura:opꝫ dare vnū aliqd ꝙ vniat ꝺ
mixto:ſed tm̄ patet ꝙ hmōi cauſa non erit amicitia aut lis:
qꝛ amicitia eſt ſolum cā congregationis:hec aūt.ſ.lis ē cā
ſegregationis.ad hoc.n.ꝙ plura fiant vnuꝫ mixtum non
ſufficit ꝙ cōgregenſ:ſed reſultet ibi vna natura ⁊ vna for
ma vniens hmōi miſcibilia.℃ Deinde cum dicit.

℃ Hec aūt eſt ſuba vniuſcuiuſqꝫ. ſꝫ non ſolū
⁊ mixtio ⁊ ſepatio mixtoꝝ. quēadmodū ille
inquit.fortuna enim ad equale nominaſ : ſꝫ
non eſt ratio.eſt eniꝫ miſceri vt cōtingit.natu
ra igiſ entiū cā eſt ita habere ⁊ vniuſcuiuſqꝫ
natura hec de qua nihil dicit:nihil igiſ ꝺ na
tura dicit.Sed tm̄ ⁊ bonū eſt hoc ⁊ optimū.

℃ Quia rōnabilē vnionē nō poſſumus ſaluare per princi
pia empedoclis.vꝫ.ꝑ litē amicitiā:⁊.4. elā:iō hic phs ad
dit qd eſt illud qō facit hanc rōnabilē vnionem:qꝛ hec eſt
nā ⁊ forma ſubalis.veꝝ qꝛ empedocles volendo loqui de
nā reꝝ loquebaſ ſolū ꝺ mixtura:iō duo facit:qꝛ primo eē
formā ſubalem eſſe cām gñationis mixti.2° increpat empe
doclē de mixtione quā credebat eſſe nām ⁊ ſubaꝫ rerum 2°
ibi.(Hic aūt mixtionē.)Dicit ergo ꝙ hec q̄ eſt cā gñonis
vniuſcuiuſqꝫ eſt ſuba.i.forma ſubalis ⁊ nā vniuſcuiuſqꝫ:⁊
nō ſolum eſt cā hmōi mixtio ⁊ ſepatio mixtoꝝ.quēadmo
dū ille empedocles inquit.Nā ⁊ fortuna que ſꝫ ipſuꝫ facie
bat ad gñationē noīaſ ad eq̄le:qꝛ nō eſt magis cā ꝙ fit ſic
q̄ȝ alr:ſꝫ nō eſt rō:ꝙ cā gñationis nō fit magis cā ꝙ fit ſic
q̄ȝ aliter.Opꝫ.n.ꝙ determinate generatiōis ſit determina
ta cā.vel aliter fortune que noiaſ ad eq̄le:⁊ non magis eſt
cā ꝙ fit ſic q̄ȝ alr:qꝛ nullius eſt cā per ſe ⁊ determinate:iō

nō eſt rō φ ſit cū generationis: ⁊ q: ſʒ iſtā viā nō eſſet miſcere per ſe ⁊ determinate: ſed vt cōtingit. Nā entium cū eſt φ ita ſe hñt miſcibilia i mixto: ⁊ addit φ nā vniuſcuiuſqʒ eſt hec.i.cū gñatione in vnoquoqʒ: de qua nā eſt quid bonum ⁊ optimuʒ in vnoquoqʒ. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Hic aūt mixtionē ſoluʒ laudat. eteniʒ ⁊ elemēta ſegregat non lis: ſʒ amicitia que natura deo priora. dicitur auteʒ ⁊ hec.

ℭ Quia empedocles credebat nām rerū eſſe mixtionem: reprehendit ipſum de mixtione. ⁊ ſpāliter increpat eum de illa mixtione quā multū laudabat dicens: φ hic.ſ. empedocles ſoluʒ laudat mixtionē illaʒ ſupple. qua compoſitus ē deus. Volebat.n. empedocles φ deus.i. orbis celeſtis eſſet compoſitus ex quatuor elīs ⁊ amicitia ſiue lite. ideo illam mixtionem laudabat: quia per hoc dicebat celum eſſe incorruptibile: q: ad compoſitionem eius veniebat ſolū amicitia non lis. Contra quod arguit philoſophus dicens: φ elā que ſunt ſm empedoclē natura priora deo congregat. non lite ſolum: ſed amicitia. dicitur autē ⁊ h.ſ. amicitia ſegregare elā. erit igitur deus.i. orbis celeſtis corruptibilis.

Nōndū ℭ Notanduʒ autem φ naturaliter vnūqdqʒ habet maiorem amicitiaʒ ad genus propriū q̄ʒ ad alienum. Si ergo ignis pp amicitiaʒ dimittit propriam ſperam ⁊ congregat cum aliq̄o elīs. multo magis per amicitiaʒ dimittet alia elā ⁊ redibit ad propriaʒ ſperā. pp quod ſi quatuor elā ⁊ amicitia ſiue lite cōponunt celuʒ: q: ſufficit amicitia: vt illa elā ſeparentur ⁊ redeant ad propria loca contingit celum corrumpi. quod eſt omnino inconueniens.

Amplius autē ō motu dicit ſimpliciter. non eniʒ ſufficit dicere quoniā amicitia ⁊ lis mouēt: ſʒ nō hoc fuit amicitie eſſe. φ motu tali. liti āt φ tali. oportebat igitur aut determinare: aut ſupponere. aut demonſtrare. aut certe. aut molliter. aut aliter qualiter.

ℭ In pte iſta phs reprehendit empedoclē: q: non potuit cōgrue ſoluere motuʒ localem: nec fuit locutus de eo vt debuit. Circa qō tria facit: q: pmo increpat empedoclē circa talem motum: q: non fuit locutus rōnabiliter. ſcdo increpat euʒ: q: fuit locutus cōtra rōnem. tertio: q: loquēdo de motu cōtradixit ſibi. 2ª ibi. (Amplius autē qm̄ videnť.) 3ª

T.c.43 ibi. (Simpliciter autē niſi amicitia.) Dicit ergo pmo φ empedocles loquēdo de motu dicit ſimplr.i. narrat ⁊ nō aſſignat rōnē dicti: pp qō non loquitur rōnabiliter. nō.n. ſufficit dicere: qm̄ amicitia ⁊ lis mouent: q: hoc non fuit amicitie eſſe.i. nō eſt de rōne amicitie φ moueat motu tali: vt φ cōgreget elā: nec eſt de ratiōe litis φ moueat motu locali. Oportebat ergo ſi volebat loqui rōnabiliter: aut determinare molliter. per rōneʒ probabilē. aut monſtrare certe per ſilſm demonſtratiuū. aut ſupponere qualiter aliter ſic erat pncipiū ⁊ per ſe notū. ℭ Notandū aūt φ petere pnm non

Nōndū eſt malū: principia.n. ſunt ponēda ⁊ ſupponēda: ſed petere qō eſt in principio.i. petere effectū ⁊ cōcluſionē que eſt i pncipijs ſicut in fine cauſis malū eſt: q: non probat qō probari dʒ. principiū ⁊ per ſe notū eſt qn̄ predicatū eſt de ratione ſubiecti. ſi ergo eſſet principiū φ amicitia ⁊ lis mouerēt: vt empedocles dicebat: eſſet in amicitie: eſſe.i. eſſet de ratione amicitie. vel eſſet de ratione litis talis motus. Ad hoc autē excludendū aīt phs φ non eſt amitie eſſe. mouere motu tali: ſed ſi non eſt de ratione amicitie ſic mouere: φ ipſa moueat tali motu: nec eſt principiū: nec per ſe notum. oportebat ergo empedoclē non ſupponere hoc ſicut pncipium: ſi volebat rōnabiliter loqui: ſʒ debebat aſſignare rōnē pbabilem vel demonſtratiuam. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Amplius autē quoniā videntur ⁊ vi ⁊ preter naturaʒ moueri ⁊ corpora: ⁊ ſm naturā: verbi gratia ignis quidē ſuperius nō vi. inferius autē vi. vi auteʒ ei quod ſʒ naturam. contrariuʒ autē eſt quod vi. eſt igitur ⁊ ſm naturā moueri. hanc igitur amicitia mouet aut non. contrariuʒ enim terrā ſuperius ⁊ ſegregationi aſſimilatur. ⁊ magis lis eſt cā eiꝰ qui ſecundum naturaʒ motus q̄ʒ amicitia. qua ppter ⁊ vniuerſaliter pter naturaʒ amicitia erit magis. T.c.43

ℭ Oſtendit fuiſſe locutū cōtra rōnē dicēs: φ corpa videntur moueri vi.i. violenter. mouere aūt vi eſt ɔ̄triū ei quod ē ſm naturaʒ. Eſt igitur moueri qō eſt vi ⁊ qō eſt ſm nām: ⁊ q: eſt duplex motus: violentus ⁊ nālis: hanc.ſ. motionem nālem amicitia mouet: aut nō. q.d. φ nō: pp qō empedocles loquebať cōtra rōnem: q: ponebat amicitiaʒ mouere motu nāli. ponebat.n. amicitiā cōgregare: ſed nūq̄ʒ cōgregantur elā: niſi vel ignis deſcēdat ad terraʒ. vel terra aſcēdat ad igneʒ. ſed ɔ̄triū.i. cōtra nām eſt terre ſuperius ire. motus ergo nālis non eſt cōgregationi: ſed ɔgregationi aſſimilatur. tūc.n. mouenť elā nāliter qn̄ ſegreganť: ⁊ quodlibet vadit ad propriā ſperaʒ. magis ergo lis cā eſt eiꝰ motꝰ qui eſt ſm naturā q̄ʒ amicitia: quapp ⁊ vlr preter naturaʒ amicitia erit magis mouens q̄ʒ lis. ℭ Notandum ergo φ Nōndū empedocles fuit reprehenſibilis: q: non loquebať rōnabiliter: q: non aſſignauit ſufficienteʒ rōnem dicti ſui. ſecūdo reprehenſibilis erat: q: loquebatur cōtra rōnem. dicebat.n. amicitiaʒ magis eſſe cām motus ſm naturā q̄ʒ cōtra nām: ⁊ patet φ magis econtrario debuit dicere.

Dubitaret forte aliqs dicēs: φ non opʒ ignem deſcendere ad terrā: vel terram ire ſuperius ad ignem: ſi debeat fieri mixtio. pōt.n. generari vnum elm ex alio. ergo poterit eſſe mixtio oīum elorū. abſqʒ eo φ ignis deſcēdat a propria ſpera. ſed generabiť circa locum mixtionis ex aliquo elō. ℭ Ad hoc autem dici poteſt φ ſi hoc hʒ dubiū apud nos qui ponimus vnū elm generari ex alio. quod dubiū declarari hʒ in caplo de mixtione. Ibi.n. querendum eſt vtrū oportebat ignē deſcēdere a ppria ſpera vt fiat mixtio. tñ apud empedoclē non eſt dubiuʒ. Naʒ cum negaret trāſmutationē elorū. ſi debeat fieri mixtio ipſorum oportebat ignem deſcendere ad terram inferius: vľ terram ire ſuperius ad ignem. Dubᵐ

R°

Dubitaret forte vlterius aliquis. vtrum ſi terra aſcenderet ſupius vt miſceretur igni: vel ſi ignis deſcenderet inferius vt miſceretur terre. vtrum talis motus eſſet ſimpliciter violentus. Nam fluxus ⁊ refluxus maris nālis eſt: q: a cā ſupiori aut a luna: ⁊ tñ videť eē contra nām aque: φ aſcendat ⁊ fluat. Cuʒ ergo mixtio fiat virtute ſupercelestis corporis: lʒ ſit cōtra nām particularē ignē deſcēdere: tñ q: hoc eſſet a cā ſuperiori ⁊ a natura vlī. magis videreť eē nālis talis motus q̄ʒ violētus. ℭ Ad hoc aūt dici pōt φ vtrū talis motus eſſet nālis vel violentꝰ declarari hʒ in ca. de mixtione. put tñ ſpectat ad propoſitum: motus ille magis eſſet violētus q̄ʒ nālis: q: empedocles non poſuit ignē deſcendere ⁊ intrare radices terre per aliquā nām ſupioreʒ: vt virtute celeſtis corporis: ſed dixit hoc eſſe caſu ⁊ fortuitu: vt pʒ p eū q̄ ſtatim poſt de ipſo dixit. Dubᵐ

Dubitaret etiam vlterius aliquis: q: nō eſt motꝰ violentus niſi ſit motus nālis: ideo eſt violentum ignem deſcendere: q: eſt nāle ei aſcendere. mo Dubᵐ

tus aūt nāl's nunq̄ eſſet in rerum nā niſi eſſet nā ⁊ forme ſubalis. Empedocles ergo q2 negauit nām ⁊ ſubalez for mā nō potuit ponē: nec motū nālem nec violētū: ergo ſm empedoclem motus ille nō erat violētus. ℂ Ad hoc au tē dici poteſt ꝙ ſimpliciter nec violētuz nec nāle poſſum⁹ ſaluare ſm opinionē Empedoclis. q2 nō ponebat vt debe bat nām rerum: tā eo mō quo de nā rerū loquebat̄ oporte bat eum ponere violētū ⁊ nāle. ⁊ ideo forte ſignāter pħs nō dixit ꝙ lis eſſet cā motus nālis. ſed ait ꝙ magis eſt cā motus naturalis q̄ lis. ℂ Deīde cum dicit.

ℂ Simpliciter autez niſi amicitia aut lis mo uet. eorum corporum nullus motus eſt ne
T.c.44. ꝗ mora. ſed incōueniens. ℂ Amplius au tem videntur mota. ſegregat enim quidez lis. ductus eſt autem ſuperius ether non a lite. ſed quandoq3 ingt vt a fortuna. ſic eniz conſtituit currens tunc. multotiens autē ali ter. Quandoq3 quidem inquit inatum eſſe ignem ſuperius agi. ether autem ingredie batur terre profundans radices.

ℂ Oſtēdit ꝙ Empedo. ꝯdixit ſibi ipſi. Circa qð duo facit ſm ꝙ duplr hoc oſidit. ſcða ibi. (Simil'r autē ⁊ mūduz.) Dicit ergo ꝙ Empedocles ponebat ꝙ ſimplicit̄ nullus eēt motus corpoꝝ neq3 mora. i. neq3 quies niſi amicitia aut lis moueat. ſed hoc eſt incōueniēs. q2 amplius preter amicitiā aut litē ſm ipſum vīr corpora eſſe mota a fortu na. Ideo ſubdit ꝙ ſegregauit qdē lis. i. aliqñ lis mouit ſed tñ inquit ꝙ qñq3 ether ductus eſt ſuperius nō a lite: ſed a fortuna. tunc currēs ſuperius ꝯſtituit illum motū ſic. ſ. a fortuna ⁊ a caſu. multotiēs aūt eſt alr. q2 nō eſt talis mo tus a fortuna: ſed ab amicitia vel lite. ſic etiā inquit ignez īnatū eſſe ſup̄ius agi. ⁊ tñ qñq3 ipſe ether vel ſ. ignis ſm Empedoclem ingrediebat̄ ꝓfundās cauernas terre. vide bat enī Empedocles aquā aliquā eſſe nāliter calam. ⁊ ſub tus terrā aliqñ eſſe ignē accēſum. vt huius cām redderet: dixit ignē intrare forti radices ⁊ cauernas terre. ergo contradicebat ſibi Empe. dicēdo nullū motū eſſe ꝑter li tē ⁊ amicitiā: ⁊ tñ amplius ꝑter hoc ponebat aliquādo fie ri motum a fortuna ⁊ caſu. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Similiter autem ⁊ mundum ſimiliter ha bere inquit in lite nunc ⁊ prius in amicitia. quid igitur eſt quod mouet primum ⁊ cau ſa motus. non enim amicitia ⁊ lis. ſed cuiuſ dam hec cauſa. ſi vtiq3 eſt illud principium.

ℂ Oſtēdit ꝙ ſibi ꝯdicebat alio mō. q2 inquit mundū ſimi liter ſe hēre nūc in tēpore litis ⁊ prius in tempore amicitie. volebat. n. ꝙ ſicut nunc qð eſt tps litis ignis mouet̄ ſu ꝑius nālit̄ ⁊ ſertius a caſu. Ita prius tpe amicitie qñ erat il lud chaos confuſum mouebat̄ ſilr. qd igit̄ eſt pncipalr cā motus nō eſt amicitia ⁊ lis. ſed hec. ſ. lis ⁊ amicitia ſi eſt il lud tale pncipiū etiā cauſaz motus cuiuſdā. i. motus par ticularis: pticularis enī motus eſt particularis cā motus. q2 eſt talis cā tpe amicitie. ⁊ lis tēpore litis. ſed vlr cā mot⁹
Nōndū in oī tpe nec lis: nec amicitia eſſe pōt. ℂ Notandū autem ꝙ cōtradicebat ſibi Empe. ponēdo litē ⁊ amicitiaz vlēs ⁊ ſolas cās motus. ⁊ dicēdo eſſe motū ſimilez tēpore litis ⁊ amicitie. q2 vt ad ꝓpoſituz ſpectat ꝯtrarioꝝ ꝯrie ſunt cauſe motuū diſſimiliū: ſunt cauſe diſſimiles. ſi ergo ſimili mo do mouetur mūdus tempore litis ⁊ amicitie. illius motus nō erit cauſa nec lis nec amicitia. ℂ Deīde cum dicit.

T.c.45 ℂ Incōueniens autem ⁊ ſi anima ex elemē tis aut vnum aliquod coꝝ. alterationes enī anime quomodo erunt. verbi gratia. muſi cū eſſe. ⁊ rurſus ſi nō muſica. aut memoria aut ⁊ obliuio. Palam autem quoniam ſiq dem ignis anima paſſiones erūt ⁊ quecūq3 igni ſm ꝙ ignis. ſi autem miſcibile corpo ralia. harum autem nulla corpalis. ſed de his alterius opus eſt contemplationis.

ℂ Oſidit ꝙ Empedocles nō potuit ſaluare oēs alteratiōes aīe. sð aīt icōueniēs eſſe aīam eē ex elis. aut eē aliqð vnum eloꝝ. q2 hoc poſito quō erūt alteratōes aīe. verbi grā. mu ſicū eē. q̄ſi dicat. talē paſſionē aīe p elā ſaluare non poſſu mus. ⁊ rurſus ſine muſica. i. ꝑter muſicaz quō ſaluabit̄ in aīa aut memoria aut obliuio. Palam. n. ꝙ ſi aīa eſt ignis. erūt. i. inerūt ei quecūq3 ſunt paſſiōes ignis ſm ꝙ ignis. ſi aūt aīa nō eſt ignis nec eſt vnū aliqð elm: ſed eſt miſcibile ⁊ eſt aliquid cōpoſitū ex elis: paſſiones que inſunt aīe erūt corpalia ſolum. horū aūt. i. harū paſſionū nulla eſt corpa lis. ꝗ ſi aīa eſt elm vel ex elis nō poterit ſaluari quō aut ſit muſicū. memoria. ⁊ obliuio. q2 talia nō ſunt corpalia. ad dit aūt ꝙ de his eſt opus alterius cōtēplatiōis. ſpectat. n. hoc ad librū de aīa de memoria ⁊ remiſcentia. ℂ Notan dum aūt ꝙ hec eſt rō cōtra Empe. oportebat enī ſm Em pe memoriā muſicā ⁊ tales paſſiōes corporales ⁊ ꝓprieđi ctas: ex quo ponebat aīam vel eſſe elm vel ex elis. ꝑ p quod cū ex ſuis pncipiis has alteratiōes ſaluare non poſſet. dici pōt ꝙ ſaluare nō poterat vlr oēs alteratiōes vniuerſales. Nōndū

DE elemētis autē ex quibus corpo ra ꝯſtituta ſunt. in qbus quidē vi det̄ eſſe aliquid cōe aut trāſmuta ri inuicē neceſſe enī ſi alterū hoꝝ. ⁊ alteruz ꝯtingere. Quicūq3 enim nō faciūt ex inuicē gñationē neq3 ex vnaquaq3 niſi ſi cut ex pariete lateres icōueniens. quō enim ex illis erūt carnes. ⁊ oſſa. ⁊ alioꝝ qðcunq3. T.c.46

ℂ Ut dicebat̄ ſuperius corpa nāliter gñabilia ⁊ corrupti bilia ſunt elā. ⁊ per nām eloꝝ ſunt gñabilia ⁊ corruptibi lia elata. Poſtq̄ pħus determinauit de gñatiōe elorum. Nōndū in pte iſta determinat de gñatiōe elatorū. ℂ Notandum aūt ꝙ ponētes elā intrāſmutabilia ipoſe eſt ſaluare gene rationē mixtoꝝ. Ponētes aūt elā trāſmutabilia non eſt i poſe eos ſaluare gñationē taliuz. eſt tñ difficile. Duo ergo facit pħus circa partē iſtā. q2 pmo ꝑmittit hoc qð dictuz eſt. ſcðo qð dixerat manifeſtat. ſcða ibi. (Illis enim qui di cunt.) Circa pmū duo facit ſm ꝙ duo ꝓponit. Nam pri mo oſtēdit ꝙ negantes tranſmutationes eloꝝ nō pñt ſal uare mixtorū gñonē. ſcðo aīt ꝙ cōcedētes eloꝝ tranſmu tationē gñationē mixtorum de facili ſaluāt. ſcða ibi. (Ha bet aūt qð dr̄ qōnē.) Dicit ergo ꝙ de elis ex qb⁹ ſunt cor pora cōſtituta. in qbus videt̄ eſſe aliqð cōmune i. q2 vidē tur hēre cōem mām. Ideo ſupple neceſſe eſt dicere de tali bus elis ꝙ cōtingit trāſmutari inuicē. neceſſe eſt eniz ſi al terū horū cōtingeret ⁊ alterū. i. neceſſe eſt ſi elā hñt vnam mām ꝙ ſint trāſmutabilia inuicē: ⁊ ecōuerſo ſi ſunt inuicez trāſmutabilia hñt vnā mām. ſic ergo loqndum eſt de elis ſm veritatē. ſed quicūq3 hanc veritatē negāt ⁊ nō faciūt gñonē eoꝝ ex inuicē: nō pñt ſaluare mixtionē. neq3 ex vna quaq3 re mixta elā gñabunt̄. niſi ſicut ex pariete generā tur lapides. Incōueniens eſt enim talis pō. q2 hoc poſito quō ex illis elis erunt carnes ⁊ oſſa ⁊ quodcūq3 aliorum mixtorū q̄ſi dicat nō eſt poſſibile. ℂ Deīde cum dicit.

¶ Habet autem qđ dicitur queſtionem ⁊ ex
alterutris generantibus. quomodo genera
tur ex eis aliud aliquid preter hec. dico au/
tem. verbi gratia. ex igne eſt aqua. ⁊ ex hac
generari ignem. eſt enim aliquod cõe ſubie
ctum. ſed vtiq₃ ⁊ caro ex eis generatur ⁊ me
dulla. hec vtiq₃ generantur quomodo.

¶ Oſtēdit quõ ponētes trāſmutationē elemētoꝝ adinuicē
de difficili ſaluāt gñationē mixtorū. dicens φ exiſtentib⁹
generationibus elemētorū ex alterutris: quod dicit ibi. i.
gñatio mixtorum. de qua intēdimus dicē ⁊ tractare ha/
bet q̄ſtionem ⁊ difficultatem. q₂ quõcūq₃ gñant elemēta
generatione: ⁊ econuerſo. poterit ergo expoliari materia
ab omni forma: tam accidentali q̄ ſubſtātiali abſq; eo q
induat aliq̄ forma. ⁊ q2 ſic ſeparata non poterit ſubſiſtere
vt cōcludebat: ⁊ bene: gñationem cōtinuare non poterit.

Notandum ergo quoſdam aſſignaſſe duas ra/
tiones. quare materia generatiōes
perpetuat. prima talis eſt. materia de ſe eſt in potentia ad p^a ratio
omnes formas: ⁊ eſſentiale eſt materie eſſe in potētia: ma/
teria ergo ſemper eſt in potentia ad formas: ⁊ ſemper de ea
poterunt educi forme: ⁊ per eductionem formarum conti
nuatur generatio: materia ergo quantum eſt de ſe ſemper
eſt continuatiua generationis. Secunda ratio talis eſt 2^a ratio
materia de ſe eſt igenerabilis ⁊ incorruptibilis. ſi enim ma
teria eſſet generabilis: haberet materiam de qua fieret: ⁊ ſi
eſſet corruptibilis haberet materiam in quam cederet. eēt
ergo materie materia: ⁊ ratio materie iret in infinitum: qd
eſt inconueniens: ſed ſi materia eſſe ingenerabilis ⁊ incor/
ruptibilis: quia nunquam deficit: poterit continuare gene
rationem ⁊ corruptionem. He autem rationes vel non 3 rōnes
ſufficiunt vel petunt quod eſt incontrarium: arguentes ma
gis oppoſitum q̄ propoſitum. Nam cum dicitur: eſſentia/
le eſſe materie: eſſe in potentia ad formam ⁊ ad actum: ⁊ nō
competere ei aliquem actum. ſi vim rationis attendimus:
quia quodlibet vt videtur ſeparari poteſt ab eo q non eſt
de ratione eius: videtur argui materiam ſeparari poſſe ab
omni actu: ⁊ quia ſic ſeparata non poteſt ſubſiſtere vide/
tur concludi q gñationem perpetuare nō poſſit. Q;
vero addebatur ſecundo q materia eſt ingenerabilis ⁊ in
corruptibilis: ratio ſeipſam impedit. Nam ſi poneretur ge/
nerabilis ⁊ corruptibilis: nihilominus perpetuationem cō/
tinuaret. Nam ſi materia generaretur haberet materiam:
⁊ illa materia aliam materiam: ⁊ ſic in infinitum nunquā
deficeret generatio: ſic etiam ſi corrumperetur: corrumpe
retur in materiam: ⁊ illa materia in aliam materiam: ſic q
nunquam ceſſaret corruptio: friuola ē enim ipſa ratio ⁊ ſe/
ipſam impedit: cuius dato oppoſito euidentius cōcludit
intentū. Reſpondendum eſt q ad viam phi: ⁊ dōm ē ſm
viā nature: gñationē perpetuari poſſe: q2 corruptio vnius ē Rñſio
gñatio alterius: ⁊ ecōuerſo: pdicte aūt rationes: ſi aliquid
bonitatis hñt: hoc eſt prout ſunt reducibiles ad hanc viā.
ſi ergo ex parte māe oſtēdere poterimus non poſſe eſſe ſine
gñatione corruptionē: nec ecōuerſo: q2 propter hoc perpe/
tuari pōt gñatio: vt oñſum erit ex pte materialis pncipij
eſſe hāc poſſibilitatē perpetuitatis. Inquantum mā eſt p/
dictorum cā. Q; aūt mā ſit cauſa nō eſſe corruptionem ſi p^a via
ne generatione duplici via oſtendi pōt. mā. n. dupli tendit
in formā. pmo per appetitū: q2 appetendo formā q̄ eſt pri/ p^o
uata naturaliter tēdit in ipſam. ſcdo per motum. q2 vt mo 2
tui ⁊ trāſmutationi ſubijcit ſic tendit in formā quā p mo/
tū ⁊ p trāſmutationē acqrit: vtroq; āt modo poteſt ſumi
rō ex parte māe: q nō ſit corruptio abſq; gñatione. mā. n.
per ſe non pōt appetitum expoliari a forma ſub qua exiſtit
q2 priuatio ⁊ non eſſe non poſſunt habere rationem boni
⁊ appetibilis. ſi ergo appetit expoliari a forma ſub q̄ exi/
ſtit hoc eſt per accidens: ⁊ ex conſequenti: vt quia appetit
eſſe ſub alia forma ſub qua eſſe non poteſt niſi expolietur
ab ea ſub qua eſt: ⁊ quia quod eſt ex 2^{ti} ſine eo quod ſequi
tur eſſe non pōt: non erit corruptio abſq; generatione: nec
expoliabitur vna forma niſi induatur alia. Secunda 2^a via
via ſumitur ex parte motus. nam ſicut ex parte efficientis
arguebat: vt q2 motus: quē efficiens naturale efficit oz eē
quid determinatum ad gennus: eo q ipſum agens naturale

eſt determinati generis: ita ꝙ omne receptum in materia eſt quid particulare: ⁊ hoc aliquid opoꝛtet omne tale eſſe determinati generis: ex parte ergo materie arguere poſſumus motum quo tranſmutatur materia eo ipſo ꝙ in materia recipitur eſſe determinati generis: ⁊ quia motus non terminatur ad genus nec ad ſpecies reſpectu forme a qua incipit: ſed reſpectu forme ad quas vadit. Cum motus ſit in eodem genere: cũ rebus ad quas eſt motus. vt dicitur
T.c.4. tertio phyſicoꝛum: nunquam materia per motum aliquē expoliabitur ab vna forma niſi per motum illuꝫ tendat in aliam formam. vtroqꝫ ergo modo natur aliter loquendo: tam ex parte efficientis ꝗ̄ ex parte materie non poteſt aliquid tendere in nihil: ⁊ quia ex hoc ſequitur continuatio generationis: materia ⁊ efficiens ſunt cauſa continuationis generationis: non materia quelibet nec efficiens quelibet: quia non materia quelibet ſemper manet: nec efficiēs quodlꝫ ſemper manet: ſed materia prima ⁊ principia efficientia ⁊ coꝛruptibilia ſunt generationis ꝯtinuatiua. Naꝫ ſi propter hoc continuatur generatio: quia coꝛruptio vnius eſt generatio alterius. vt dictum eſt: illa materia erit generationis continuatiua: que manet eadem in omni generato ⁊ coꝛrupto: hec autem non eſt materia diſpoſita ⁊ pꝛoxima: ſed pꝛima ⁊ remota. vt ſuperius dicebatur.

Oppoſita autem his non eſt difficile ſoluere. Ad quoꝛum euidentiam notandum: ꝙ a qualitatibus ſecundis vt a qualitatibus que non inſunt elementis: materia poteſt expoliari ſimpliciter: a qualitatibus vero pꝛimis ⁊ a formis ſubſtantialibus nunquaꝫ expoliatur materia ſimpliciter. poteſt enim expoliari ab hac forma ſubſtātiali vel ab illa ⁊ a qualitate iſta vel illa. Sed non ab omni tali ſimpliciter: ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ continuetur generatio. ¶ Rationes autem pꝛocedebant de qualitatibus ſecundis cum arguebant ꝙ poterat eſſe generatio coloꝛis abſqꝫ coꝛruptione ⁊ coꝛruptio coloꝛis ⁊ ſapoꝛis abſqꝫ generatione. Coloꝛ enim ⁊ ſapoꝛ dicunt qualitates ſecundas non pꝛimas. Cum ergo arguebant rationes materiam ſeparari ab omni forma tam accidentali ꝗ̄ ſubſtantiali: quia poterat ſeparari a dictis qualitatibus ſupponebant falſum cum arguerent de qualitatibus ſecundis: mediantibus quibus non inducitur per ſe loquendo ſubſtantia vel forma. peccabant etiam nihilominus rationes per fallaciam accidentis: cum enim diuiditur coꝛpus terminatum non generatur ibi coloꝛ per ſe ſed per accidens: per ſe enim ex tali diuiſione efficiuntur diuerſe partes coꝛpoꝛis: ⁊ diuerſis partibus coꝛpoꝛis effectis ex conſequenti fiunt ibi diuerſe ſuperficies: ⁊ quia ſuperficies in coꝛpoꝛe terminato non eſt ſine coloꝛe: per accidēs eſt ibi generatio coloꝛis. ſic etiam cum mixta reſoluuntur in elementa per ſe coꝛrumpuntur qualitates mixtoꝛum. vt habent repugnantiam ad qualitates elementoꝛuꝫ. per accidens vero coꝛrumpuntur coloꝛ ⁊ ſapoꝛ ⁊ alie qualitates ſecunde ſequentes ad qualitates illas.

¶ Mouetur hec qō. Tertiu cōmē. 16. Q̄ō. XVI.

pᵐ
T.c.17. **TErtio** queritur vtrum ens in potentia ſit illud ex quo fit generatio. oꝛitur autem hec queſtio propter hoc. ¶ Nam ſemper generatio vnius eſt coꝛruptio alterius: ⁊ econuerſo. vt ex aqua coꝛrupta generatur ignis. Jn aqua ergo ex qua generatur ignis eſt tria conſiderare. actus. potentia. ⁊ pꝛiuatio. eſt enim aqua ex qua generatur ignis actu aqua: ⁊ eſt potentia ignis: ⁊ eſt pꝛiuata forma ignis. Cum ergo dicimus ignem generari ex aqua ꝙ eſt magis pꝛopꝛie ⁊ per ſe dictuꝫ: vel ꝙ generetur ex aq̄ vt eſt quid in actu vel vt eſt quid in potentia: vel non eſt quid in pꝛiuatione exiſtens: videtur autem illud ex quo fit aliquid: ⁊ ſecundum ꝙ huiuſmodi eſſe ens in actu. Nā ſemper generatio fit ex coꝛruptis. Coꝛruptio autem incipit abeſſe ⁊ ab actu ⁊ terminatur ad non eſſe. ergo generatio ſecundum ſe videtur ſemper eſſe exiſtens in actu. 2ᵐ
¶ Amplius ſecunduꝫ Commenta. 8. phyſicoꝛum: ſi materia eſſet abſoluta ab omni forma nō poſſet eſſe ſubiecta motui ⁊ tranſmutationi: ſed qō non poteſt eſſe ſubiectuꝫ motui ⁊ tranſmutationi: non poteſt eſſe generationis ſubiectum: cum generatio fiat per motum ⁊ tranſmutationes. ergo gn̄atio fit ex aliquo vt eſt in actu: nō vt eſt in poᵒ. Cō.p.4

Notandum igitur non eſſe intentionis noſtre ad pꝛeſens determinare vtrum in generatione fiat reſolutio vſqꝫ ad materiam pꝛimam. q̄ de hoc infra queretur. Ruſum queſtio queſita non ſoluꝫ habet locum in ſubſtantialibus: ſed etiam in accidentalibus. Nam cum ex frigido fit calidum: id ex quo generatur calidum eſt actu frigidum ⁊ eſt potentia calidum: ⁊ eſt pꝛiuatum forma caloꝛis. Cum ergo ex omnibus iſtis fiat calidum ex ente in actu: ex ente in potentia: ⁊ ex pꝛiuatione: etiam in tali generatione haberet locum quod queritur ex quo iſtoꝛum trium eſſet generatio calidi. ¶ Dixerunt quidam generationem poſſe ſumi dupliciter: ſcꝫ ſecū- Rñſio
dum ſe: ⁊ vt eſt mutatio quedam: vel vt includit motum. alicꝫum
Dicunt ergo quod ſi accipiatur generatio ſecundum ſe: ⁊ vt eſt mutatio quedam: ſic eſt ex ente in potentia: quia ens in potentia eſt generationis ſubiectum. ſi vero accipiatur vt includit motum ſic eſt ex ente in actu: quia tale ens eſt ſubiectum motus. ¶ Sed iſtud non videtur ſufficienter dictum. Nam ſiue accipiatur generatio vt eſt mutatio: Jllos
ſiue vt includit motum: ſemper eſt iſta per accidens quod aliquid generetur ex ente in actu: motus enim dupliciter poteſt accipi. vel ſecundum rationem generalem: ⁊ vt habet rationem accidentis: vel ſecundum rationem ſpecialem vt eſt tale accidēs quod eſt motus ⁊ ſic dupliciter pōt accipi motus: ſic ſubiectum motus duo in ſe continet: actum ⁊ potentiam: quod enim motui ſubijcitur actu eſt: q2 ſi non eſſet aliquo modo in actu: ſed eſſet potentia pura: vt patuit p Commen. motui ⁊ tranſmutationi non poterit eſſe ſubiectum: ſic etiam quod motui ſubijcitur in potentia eſt: quia nihil mouetur niſi ad id quod eſt in potentia: motus ergo requirit ſubiectum aliquo modo in actu: ⁊ aliquo modo in potentia: ſed quod requirit ſubiectum in actu competit ei ſcđm quandā rationem generalem: quod autem requirit ſubiectum ens in potentia competit ei magis per ſe: ⁊ ſcđm rationem ſpecialē: ⁊ in eo ꝙ motus. Jdeo motus dicitur eſſe actus entis in potentia. ratione qua eſt actus entis requirit ſubiectum ens in actu. ratione qua ſubditur in potentia opoꝛtet illi actui potentialitatem eſſe ammixtam. Licet ergo motus vtrunqꝫ requirat: magis tamen quod ſubijcitur motui ſecundum ꝙ huiuſmodi eſt in potentia ꝗ̄ in actu. Jdeo motus non eſt actus entis in potētia: in eo quod ens: ſed in eo quod in potentia: vt poteſt haberi ex tertio phyſicoꝛum: ⁊ quia generatio non includit motum niſi vt per ipſum introducitur forma. Cum motus non inducat formam ſecundum rationem generalem: ⁊ in eo quod accidens: ſed ſecundum rationem ſpecialem: ⁊ in eo quod motus: cum ſecundum talem rationem etiam per ſe requirat ens in potentia: generatio etiam vt includit motum per ſe loquendo non debet dici ex ente in actu: ſed ex ente in potentia: accidit enim motui vt motus eſt ⁊ vt eſt inductiuus forme: ꝙ fundetur in ente in actu: ſubijcitur enim ens actu motui: ſed non vt eſt in actu: ſed vt eſt in potentia. Dicimus ergo generationem vt mutationem impoꝛtat ſiue ipſam rem genitam nō eſſe ex ente in actu: nec ex pꝛiuatione: ſed ex ente in potētia. Nam id ex quo eſt aliquid per ſe loquendo manet in eo quod eſt ex illo: licet enim aqua ex qua generatur ignis

Margin notes: 8.ph.4. (beside "vt patuit p Commen."); T.c.6. (beside "tentia: vt poteſt haberi ex tertio phyſicoꝛum").

ſit actu aqua ratiõe forme poſſe eſſe ſub forma ignis: ⁊ ſic non minus ratione priuationis forme ignis inſeparabiliter annexe forme aque: tamen cum ex aqua ſit ignis completa generatione non manet forma aque: per quaꝫ aqua erat quid in actu: nec manet priuatio forme ignis: p quaꝫ aqua dicebatur non ignis: ſed manet materia: per quam erat potentia illud. accidit ergo igni fieri ex aqua: ⁊ ex ente in actu: ⁊ fieri ex igne ⁊ priuatione: cum talia non maneant: ſed per ſe cõpetit fieri ex ente in potentia ⁊ ex materia que completa generatione manet ſub forma ignis. Jð

T.c.66. philoſophus in primo phyſicorum. vult ꝙ per ſe generatio non fiat ex ente. i. ex actu: nec ex ente. i. priuatiõe: ſed ex ente in potentia. ſi vero generatio concludat motũ adhuc non eſt per ſe ⁊ proprie dictum ꝙ fiat ex ente in actu. vt oſtenſum eſt. vtrum autem fiat ex priuatione vt ꝙ priuatio ſit per ſe principium fieri: licet ſit principium rei facte per accidens non eſt preſentis ſpeculationis: ſed pertinet ad libꝝ phyſicorum: ſuper quo ſi nos contingeret ſcribere oſtenderemus priuationem eſſe aliquo modo principiũ fieri ⁊ nõ eſſe. oĩno per accidens. vt quidam volunt.

Ad p^m **Opposita** autem his non eſt difficile ſoluere. Naꝫ cum dicitur ꝙ ſemper generatio eſt ex corruptis ⁊ ex ente i actu. dici poteſt ꝙ cauſa ſine qua nõ: non eſt cauſa per ſe ſed per accidens: licet ergo non fiat generatio niſi ex ente in actu: non oportet hoc eſſe per ſe ſed

Ad 2^m. per accidens. ¶ Qd vero vlterius addebatur ꝙ ſi materia eſſet ſeparata ab omni actu non eſt ſubiecta motui ⁊ trãſmutationi. dici poteſt ꝙ vt patet per habita: licet ſubiectũ motus ſit in actu ⁊ in potentia: per ſe tamen ſubijcitur motui vt eſt in potentia non in actu. Cum motus vt dictũ eſt ſit actus entis in potentia. ſm ꝙ in potẽtia. deficit ergo ratio: quia conſiderat ꝙ eſt per accidens. deficit etiam quia quodammodo non eſt ad propoſitum: cum nos loq̃mur de generatione que eſt mutatio ⁊ non motus.

¶ Mouetur hec queſtio. Textu cõmẽ. 18.

Propter quid autem hec quidem ⁊c. Hic declaranda ſunt tria. primo enim videndum eſt. vtrum ſubſtantia ſuſcipiat magis ⁊ minus. vt videtur auctor dicere in littera. Secũdo dato ſubſtantijs nõ competere magis ⁊ minus proprie ſed large reſtabit declarare. vtrum in accidentibus inueniri poſſit magis ⁊ minꝰ proprie ſumptum. Tertio videndum erit vtrum calidum ⁊ frigidum ſint differentie ſubſtantiales ignis ⁊ terre. Cũ habeaſ in littera terrã ⁊ ignem illis differentijs differre.

p^m. **Circa** primum ſic proceditur. videtur ꝙ ſubſtantijs nullo modo competat ſuſcipere magis ⁊ minus forme autem ſuſcipientes magis ⁊ minus intenduntur ⁊ remittuntur: ſed intenſione ⁊ remiſſione forme conſiderantur quidem motus. ex hoc enim forme intẽditur ⁊ remittitur inquantum ſucceſſiue tendit ad eſſe completum ⁊ incompletum: ⁊ quia ſucceſſio non eſt ſine motu vbicũꝗ talia reperiuntur ibi eſt inuenire veram rationeꝫ motus: ſed cum in ſubſtantia non ſit motus. vt probaſ. 5°

T.c.10. phyſicoꝝ. intenſio ⁊ remiſſio in formis ſubſtantialibus reperiri nõ poterit. ¶ Amplius ſm phm in predicamẽ. ſubſtantijs nõ cõpetit ſuſcipe magis ⁊ minus.

2^m. **Notandum** ergo ꝙ magis ⁊ minus cõparationẽ importat: quotienſcũꝗ autẽ aliqua cõparantur adinuicem reſpectu alicuius vnius fit cõparatio. ſicut ergo in ſubſtantijs reperitur vnitas. ſic in eis comparatio eſſe poteſt: ⁊ qꝛ vna vnitas non reperitur niſi

T.c.24. 29 in ſpecie ſpecialiſſima. quecunꝗ ſunt comparabilia ꝓprie adinuicem ſunt alia ſm vnam formam ſpecificam. Jdeo probatur. 7. phyſicoꝝ. non eſſe comparabilia niſi que ſint eiuſdem ſpeciei: ſed licet proprie vnitas ſit in ſpecie ſpecialiſſima: aliqua tamen vnitas eſt in formas generis: ⁊ in his que per analogiam dicuntur: ⁊ ſicut eſt in talibus aliqualis vnitas: ita eſt in eis aliqualis comparatio: eſt ergo proprie comparatio ſm formam ſpecificam: large tamen ⁊ ſꝫ genus ⁊ ſm analogiam comparatio ſumi põt. ¶ Hoc viſo cum queritur vtrum in ſubſtantijs reperiatur magis ⁊ minus ꝓprie. Si accipiaſ comparatio ſm magis ⁊ minꝰ proprie ⁊ vt reſpicit eandem formam ſpecificam non. ſi autem ſuſcipiatur large comparatio: ſꝫ ꝙ habet eſſe in gñe: vel ẽt in analogo ſic. ¶ Duo ergo ſunt declaranda. primo ꝙ in ſubſtantijs nõ reperitur magis ⁊ minus ꝓprie. ſcdo ꝙ reperitur h̃ in eis large. primũ ſic oſtenditur. Nam ſi ſm for-

p^m. mã ſpecificam reperiatur in ſubſtantijs magis ⁊ minus: vel hoc eſſet ſm gradũ eſſentie vel ſm gradus ipſius eſſe. ſm gradus eſſentie non. nã cũ eſſentia pertineat ad diffinitionẽ: qꝛ diffinitio eſt ſermo expreſſiuus quiditatis ⁊ eſſentie: per variationem cuiuſlibet talis gradus variabitur diffinitio rei: ⁊ per cõſequens variabiſ natura ⁊ ſpecies eius. Jſti

T.c.4. autẽ ſunt illi gradus de quibus loquẽs phs. 8. metaphyſ. ait formas ⁊ diffinitiones eſſe ſicut nũeros. Naꝫ ſicut qualibet vnitate addita vel remota variatur ſpecies numeri: ita quolibet tali gradu variato variatur ſpecies rei. ergo ſecũdũ gradus eſſentie non poteſt eſſe cõparatio ſm magis ⁊ minus in eadeꝫ ſpecie: cuꝫ variatio talium graduum ſemper inducat diuerſitateꝫ ſpecificaꝫ. Si vero dicatur talem cõparationeꝫ attendi ſm gradũ ipſius eſſe: non autẽ ſm gradus eſſentie: hoc ſtare etiã nõ poteſt. Naꝫ cũ nos loquamur de formis ſubſtantialibus: ſm quas datur eſſe ſpecificũ: nõ poterit eſſe variatio in tali eſſe niſi tollatur ſpecies ⁊ eſſe ſpecificuꝫ: ſed variata ſpecie non vlterius eſt cõparatio proprie. ergo magis ⁊ minus loquẽdo proprie vt reſpiciunt eandẽ formã ſpecificã in ſubſtantijs reperiri non poterunt. ¶ Qd autẽ ſm formã generis ⁊ ſm analogiaꝫ quãdã reperiantur magis ⁊ minus in ſubſtantijs: hoc non ſo-

2^m. lũ non eſt inconueniens: ſed ⁊ neceſſariuꝫ. Nam cum oĩa ſint eſſentialiter a primo ente: quecũꝗ eſſentialiter differũt: ſm quandã eſſentialẽ analogiaꝫ habent ordineꝫ ad primuꝫ ens: ſicut ergo nũeri: quia ab eadẽ procedũt vnitate: ordinate ab vnitate diſtant: ita ꝙ non ſunt duo numeri diuerſaruꝫ ſpecieruꝫ equaliter ab vnitate diſtãtes: ⁊ in quibus equales vnitates reperiantur: ita ꝙ omnia entia ſunt ab vno ente deriuata ⁊ ſunt quaſi quidaꝫ numeri ⁊ quedam cõpoſitiones reſpectu primi entis: in quo reperitur pura ſimplicitas: oportet huiuſmodi producta ſm quãdã analogiaꝫ diſtare a primo ente: ⁊ qꝛ vt ab eo diſtant: ⁊ vt ad ipm ordinantur ſic reperitur in eis ratio entitatis. Entitas in rebus creatis vniuoce reperiri non poterit: ſed analogice. Jmmo non erunt due ſpecies eſſentialiter differentes: in quibus equaliter reperiatur entitas. Cum ſpecies vt oſtenſuꝫ eſt: ⁊ innuitur a philoſopho. 8. methaphiſi. ſicut ſunt nume-

T.c.10. ri: in quibus ſꝫ diuerſas ſpecies non reperiuntur equales dignitates. illa ergo ſpecies que magis diſtabit a primo ente erit imperfectior ⁊ minus habebit de entitate: que vero magis appropinquabit enti primo perfectior erit ⁊ plus de entitate habebit: eſt ergo ſubſtãtia vna magis ens q̃ꝫ alia ſed quod eſt perfectior ⁊ plus participat de entitate primi principij: ⁊ ſi i eodeꝫ genere reperitur hic ordo ⁊ h̃ cõparatio ſecundũ magis ⁊ minus non eſt dubiũ ꝙ in analogo reperitur: cuꝫ vnitas analogie ſit amplior vnitate generis ⁊ aliqua vniantur in analogo que in genere vniri non poſſunt: h̃ autem in ſpeciali ſic declarantur. ſubſtantia enim eſt analogum ⁊ eſt genus: vt autẽ analogum predicatur de principijs ſubẽ vt de materia ⁊ forma. vt aũt eſt genus ꝑdicaſ de ipſis cõpoſitis. Cum. n. dicimus mãm eſſe ſubaꝫ ⁊ formã eẽ ſubaꝫ: ſuba q̃ dr̃ de vtraꝗ nõ põt eſſe ſuba q̃ eſt

genus: qꝛ ea de quibus eſſentialiter predicatur genus ſūt
in genere directe: mā autē ⁊ forma non ſunt in genere per
ſe ⁊ ſm̄ rectam lineā: ſed per reductionē: ⁊ ſicut principia.
vtrum autem ſint principia in toto genere ſubſtātie vel nō:
non ſpectat ad propoſitum. ſufficit autē ꝙ ſint principia
ſubē ſenſibilis de q̄ intendimus perſcrutari: ⁊ propter quā
eſt queſtio introducta. forma enim eſt magis ens ⁊ magis
ſuba q̄ꝫ materia: cū materia maxime diſtet a primo ente:
⁊ ſit omnino quaſi prope nihil. videtur enim eſſe media in
Cō.7. ter nihil ⁊ aliquid: vt innuit Cōmentator primo phyſico-
rum. ergo in ſuba vt eſt analogum reperitur magis ⁊ mi-
nus: ex quo forma plus de entitate participat q̄ꝫ materia: ⁊
ſicut in ſuba vt eſt analogum magis ⁊ minus reperit̄ ſic
in ea reperiuntur talia vt eſt genus: quod triplici via vena
ri poſſumus. p̄mo ex intentione nature. ſecundo ex victo-
p° via ria forme. 3° ex perfectione ſpeciei. ex intentione nature ac-
cipitur magis ⁊ minus in ſubſtantijs ſm̄ completum ⁊ in-
completum in viā generationis: ⁊ ſic animal eſt magis ſba
⁊ magis ens q̄ꝫ embrio. qꝛ intentio nature non finit̄ in em
brione: ſed in animali nec eſt perfecta generatio cum per-
uenitur ad embrionem: ſed cum peruenitur ad animal.
2° via ¶ Magis vero ⁊ min⁹ victoria forme reperitur in elemē
tis. Nam tunc forma habet victoriam ſupra materiā cuꝫ
eā extendat ⁊ rarefacit. ſi ergo forma eſt magis ens q̄ꝫ ma
teria: formalia ⁊ rara ſunt magis entia ⁊ magis ſubſtātia
q̄ꝫ materialia ⁊ entia: ⁊ iſto modo ignis eſt magis ſubſtan
tia q̄ꝫ terra. ¶ Magis autem ex pfectione ſpēi repit̄ in re-
bus mixtis in qbus vltimat̄ gn̄ationis motus. Nam ⁊ ſi
cum peruentū eſt ad aſinū ceſſat generatio: ⁊ etiam cū per
uenit̄ ad leonem generatio ceſſet: tn̄ qꝛ in leone perfectius
reſeruat̄ ratio aīalis ⁊ dignitas ſpecifica q̄ꝫ in aſino: ⁊ in
animali pfecto q̄ꝫ in imperfecto: aīalia perfecta ſunt ma-
gis entia ⁊ magis ſuba q̄ꝫ imperfecta: ⁊ qꝛ omnis ſubſtan
tia generabilis ⁊ corruptibilis: qꝛ ꝓpter talia eſt queſtio
introducta: vel eſt eītū vl̄ ē eītatū: ⁊ ſi eſt elementatū vel
ad eā eſt intētio nature: ⁊ vltimat̄ in ea gn̄atio vt animal:
vel non vt embrio: ⁊ qꝛ in omnibus iſtis oſtēſum eſt quō ac-
cipitur magis ⁊ minus: vt ſpectat ad propoſitum de q̄ōne
eſt ſufficienter inquiſitum. ¶ Aduertenduꝫ tn̄ ꝙ ſicut in
ſubſtantijs generabilibus ⁊ corruptibilib⁹ reperit̄ magis
⁊ minus: ſic et in incorruptibilibus repiri hꝫ: cum incorru
ptibiles ſube non equaliter diſtent a p̄mo ente: ſꝫ qualiter
hoc ſit in aliud tempus apponatur.

Ad pm **Oppoſita** aūt his nō eſt difficile ſoluere. Nā cū di
citur ꝙ ſi in ſuba eſſet magis ⁊ minus
eſſet in ea motus. dici dꝫ ꝙ accipit̄ ibi magis ⁊ minus pro
prie ꝓut dicit intenſionem ⁊ remiſſionē in eſſe manente ea
dem forma ſpecifica: quod oſtēdim⁹ nō cōuenire ſubſtātijs.
Ad 2m ¶ Qꝫ aūt ſecūdo addebat̄ phm̄ dicere nō cōpetere ſubſtā
tijs ſuſcipere magis ⁊ minus. Intelligēdū eſt proprie: ⁊ vt
reſpiciunt formam ſpecificam: ſed ſi accipiat̄ magis ⁊ mi
nus large vt reſpiciunt genus ⁊ analogum ſubſtantie cō-
petere poſſunt. vt dictum eſt.

¶ Mouetur hec queſtio. textu cōmē. 8.

Secundo reſtat declarare vtrū magis
⁊ min⁹ repiri pſit in accidē-
tibus ꝓprie: cū oſtēſum ſit in ſubſtantijs repiri
pm ſolum large ſumpta. Et videt̄ ꝙ non. Nā ſic
arguebamus ſm̄ gradus eēntie ⁊ eē in ſubſtā
tijs ſic ⁊ in accn̄tibus arguere poſſumus. ſi. n. accidentib⁹
competit ſuſcipe magis ⁊ minus: vel hoc erit ſm̄ gradus
eſſentie vel ſm̄ gradū ipſius eſſe. ſm̄ gradus eſſentie non.
Nā cū ſm̄ gradus tales forme ſint ſicut numeri: non pote
rit eſſe magis ⁊ minus ſm̄ tales gradus niſi variet̄ ſpecies:
ſicut non pōt eē magis ⁊ minus ſm̄ vnitates in nūeris niſi
variet̄ ſpēs numeroꝝ: ſed variata ſpē nō eſt ꝓprie compa
ratio. g̃ ⁊c. ¶ Amplius nec ſm̄ gradus in eſſe pōt atten- 2m
di comparatio talis. eſſe. n. fluit ab eēntia imediate. Cū er
go eſſentia forme manente in eadem ſpecie ſm̄ gradus va
riari nō poſſit: nec eſſe quod immediate ab ea fluit taīe va
riationeꝫ ſuſcipere poterit. ¶ Amplius qn̄ aliquid fluit a 3m
duobus ab vno p̄ncipaliter ab alio ex ꝯſñti. vr̄ ꝙ ſi dꝫ eſſe va
riatio in effectu debeat eſſe variatio in eā p̄ncipali. ipſius
aūt eſſe p̄ncipalis cauſa eſt forma. ſi ergo manet eadē for-
ma non variata manebit ⁊ idem eſſe.

Notandum ergo ꝙ ſicut virt⁹ cōparat̄ ad age-
re ſic forma cōparat̄ ad eſſe. ſicut
ergo vna ⁊ eadeꝫ virt⁹ ſꝫ maiorē ⁊ minorē diſpōnē paſſiui
magis ⁊ minus agit: vel eſt rō ꝙ paſſum magis ⁊ minus
tranſmutet̄. ſic vna ⁊ eadē forma ſm̄ maiorem ⁊ minoreꝫ
diſpōnem mãe dat magis ⁊ minus eſſe. videm⁹. n. ꝙ calor
eſt q̄dam v̄tus actiua: ⁊ eſt rō agendi ⁊ eſt q̄dam forma ⁊
eſt rō eſſendi: vt. n. ꝯparat̄ ad paſſum ⁊ ad calefactibile ex-
terius rō agēdi: ſed vt cōparat̄ ad ſubm̄. ⁊ ad mãm in q̄ ē
eſt ratio eſſendi. ſic g̃ virtus ⁊ idem calor ſi inueniat calefa
ctibile exteri⁹ magis ⁊ min⁹ diſpoſitū eſt ratio quare ma-
gis ⁊ minus calefiat: ſic ſi inueniat ſubiectuꝫ in quo exiſtit
magis ⁊ min⁹ diſpoſitum: reddet ipm̄ magis ⁊ minus ca-
lidum. Ex hoc ēt magis apparet v̄itas q̄ōnis p̄miſſe. Naꝫ
lꝫ forma ſit ſimplici eſſentia conſiſtens: tamen vt compat̄
ad ſubiectum inueniendo ipſum magis ⁊ minus diſpoſi-
tū dat ei magis ⁊ min⁹ eſſe: qꝛ forma ſubalis imediate ē p-
fectio mãe: cū mã ipa ſm̄ ſe eſt in potētia pura ⁊ ſm̄ ꝙ hꝫ
nō ſit magis ⁊ minus diſpoſita: forma ſubalis non poterit
dare magis ⁊ minus eē: cū pficiat imediate ipaꝫ mãm: que
ſm̄ ſe magis ⁊ minus diſpoſita eē nō pōt: forma v̄o accn̄
talis qꝛ pficit ens in actu ⁊ mãm q̄ eſt ſub forma: qꝛ ſic cō
ſiderata mã pōt eſſe magis ⁊ minus diſpoſita: nō eſt incō-
ueniens eā intendi ⁊ remitti ⁊ dare magis ⁊ minus eē: non
rōne ſui ſm̄ ſe: ſed pp maiorē ⁊ minorē diſpōnem materie.
¶ Sed ſi ſic dicimus: qḋ credimus bn̄ dcm̄ occurrit nob
grauis dubitatio. Nā ſi forma ſm̄ ſe manet ſimplici eēn- Dubium
tia: intēdit̄ aūt ⁊ remittit̄ q̄ꝫtū ad eſſe: ꝓut ſiuenit mãꝫ ma
gis ⁊ min⁹ diſpoſitā: cōſtat illā diſpōneꝫ mãe: mediate qua
forma accn̄talis dr̄ intendi ⁊ remitti: nominare aliquā for
mā ſupadditā mãe: qꝛ ſi dicta diſpō nullā formaꝫ noiaret:
cū mã ſm̄ ſe non poſſit dici magis ⁊ minus diſpoſita: non
poſſemus ſaluare intenſioneꝫ ⁊ remiſſionem. Sꝫ tūc q̄ro
de illa forma q̄ reddit mãm magis ⁊ minus diſpoſitam:
aut noiat formā accn̄talē aut ſubalē. Nō āt pōt dici ꝙ no
minet ſubalē formā: qꝛ cū talis forma nō intendat̄ nec re-
mittat̄: nō poterit reddere mãm magis ⁊ minus diſpoſitā:
ſed ſi nominet accn̄talē formaꝫ: vt dicat̄ vna forma acci-
dētalis recipi in mã mediate alia accn̄tali forma. tūc q̄ro
de illa accn̄tali forma mediate q̄ recipit̄: aut intēdit̄ ⁊ re-
mittat̄: aut nō: ꝙ ſi nec intēdit̄ nec remittit̄: nō poterit red
dere magis ⁊ minus diſpoſitā. ſi v̄o cōpetit ei intenſio ⁊ re
miſſio recipiet̄ in mã mete alia diſpōne: cū intēſio ⁊ remiſ-
ſio reſpiciant mãm diſpoſitaꝫ: ⁊ illa diſpō: qꝛ opꝫ ꝙ inten-
datur ⁊ remittat̄ recipiet̄ mediate alia diſpōne. Cuꝫ ergo
non ſit intēſio ⁊ remiſſio in forma: niſi forma alia p̄cedēs
ipſam intendat̄ ⁊ remittat̄: qꝛ in formis nō eſt abire in infi
nitū. ſtandum eſt in p̄mis: ⁊ videt̄ eſſe dōm nullā formam
poſſe intendi vel remitti. Hec aūt vt pateant ſciendū: ꝙ lꝫ
poſſit contingere formā intendi ⁊ remitti: qꝛ recipit media
te alia forma que intēditur ⁊ remittit̄: vt ſi albedo ineſſet
mete frigido conſtringēte partes perſpicui: intēdi ⁊ remit-
ti poſſet albedo per intenſionem ⁊ remiſſionem frigidita-
tis magis ⁊ minus cōſtringentis dictas partes: non tamē
eſt h̄ neceſſariū. pōt. n. aliq̄ forma intendi ⁊ remitti abſq
eo ꝙ forma alia precedens ipſam intendat̄ vel remittat̄. ⁊
tñ nunq̄ꝫ intendit̄ vel remittit̄ forma. niſi qꝛ inuenit mãm

magis ꝛ minus diſpoſitā. hoc aūt ſic eſt videre: nō .n. eſt īcōueniēs aliquā eſſe in ſe diſtinctā a formalr̄ q̄ cōparata ad aliud faciūt mālē diſtōnē. ſicut albū ꝛ nigrū in ſe formalr̄ diſtīguunt̄: ꝛ tn̄ reſpectu viſus ſunt mālēs dīſe: cū vna virtus ſit cognoſcitiua albi ꝛ nigri: poterit ꝯtingē vnā ꝛ eandē formā recipi in mā mediantibus plurib⁹ formis: ita ꝙ ille forme: lʒ in ſe eēnt formalr̄ diſticte: cōparate tn̄ ad formā q̄ mediātib⁹ illis recipit̄: mālē bñt diſtōnem: ꝛ qꝛ forma recepta mediātibus dictis formis poſſet hr̄e maiorē conuenientiā cū vna q̄ȝ cum alia: qñ reciperet̄ me⁹ forma cum qua magis ꝯ⁹: diceret̄ inuenire mām magis diſpoſitā: qñ vero mediāte alia inueniret mām min⁹ diſpoſitā: vt ſi calor reciperet̄ in mā me⁹ humido ꝛ ſicco: qꝛ plus ꝯ⁹ calor cū ſicco q̄ȝ cū humido: cū ſicca poſſint eē calā ī ſumo ꝛ nō hūida: dato ꝙ nec ſiccitas: nec hūiditas itenderet̄ vel remitteret̄ poſſet calor intendi ꝛ remitti ꝓut eſt coniunctus ſiccitati vel hūiditati. Duplr̄ ḡ pōt eē itēſio ꝛ remiſſio in foīa accidētali: vel qꝛ talis foīa recipit̄ mediātibus plurib⁹ formis: cū q̄rū vna hʒ maiorē ꝯueniētiā q̄ȝ cū alia. ſemꝑ ḡ eſt intēſio ꝛ remiſſio in foīa me⁹ maiori vel minori diſpōne mā: nec tamē eſt ꝓceſſus in formis in infinitū. vt pʒ per hīta.

Ad p^m **Oppoſita** aūt hic nō eſt difficile ſoluē. nā cū dr̄ ſi eſt itēſio ꝛ remiſſio in foīa accñtali: vel h̄ eſt ſm̄ ḡdus in eēntia: vel ſm̄ ḡdus in eē: ꝛ cū argūt̄ eē reſpicē eēntiā ꝯcedat̄ p⁹ rō. videlʒ talē itēſionē vel remiſſionē nō eē ſm̄ ḡdus in eēntia: cū ois foīa q̄ȝtūcūqȝ accñtalis poſſit dici ſimplici eēntia ꝯſiſtens: ſed h̄ eſt ſm̄ gradus in eē: ꝛ cū argūt̄ eē reſpicē eēntiā ꝛ nō eſſe intēſionē in eſſe niſi ſit itēſio in eēntia. vt pʒ ꝑ hīta eē reſpicit eēntiā foīe: vt hʒ ordinē ad mām. ḡ eadē eēntia forme poterit dare magis ꝛ minus eſſe ſi inueniat mām magis ꝛ min⁹ diſpoſitā.

Ad 2^m. ¶ Qꝫ aūt addebat̄ vlterius de effectu ꝓcedēte a duabus cāis rō peccabat in mā aſſumēdo ſt̄a. Nā cū q̄libet cā faciat ad eē effectus: cū de rōne cāe ſit ꝙ ad eſſe eius ſequat̄ aliud: per variationē cuiuſlibet cāe poterit eſſe variatio in effectu. Si ḡ eē reſpicit formā vt hʒ ordinē ad mām q̄ȝtūcūqȝ forma ſit ſimplici eēntia ꝯſiſtēs poterit eſſe variatio in ipo eē ꝓp variationē māe: vt qꝛ inuenit eā alr̄ ꝛ aliter diſpoſitā: poſſet etiā aliter dici: qꝛ lʒ in ſubalib⁹ eē ſit pricipalius a forma q̄ȝ a mā. In accñtibus forte eſt eꝯ. nā cū accñtia nō ſint entia niſi qꝛ ſunt entis: forte eē in talib⁹ eſt pricipali⁹ a ſuba q̄ȝ a foīa: ſʒ vtrū h̄ ſit verū ꝛ vtrū eē i accñtib⁹ ꝓcedat formas accñtales: vel eꝯ nō eſt pñtis ingſitōis: ſʒ ſpectat ad phīam pmā. ad pñs aūt in tm̄ dcm̄ ſit ꝙ vna ꝛ eadē eēntia forme accñtalis inueniēdo mām magis ꝛ minus diſpoſitā ʒ magis ꝛ minus radicat̄ in ipſa ꝛ magis ꝛ minus ineſt: ꝛ itēdit̄ ꝛ remittit̄ ſm̄ eſſe quod habet in ea.

¶ Mouet̄ hec qō. Tertii cōmē. 19. Qō. XIX.

p^m Cō. 53. **Tertio** reſtat declarare vtꝝ calm̄ ꝛ frigidū ſint forme ſubales igni ꝛ terre: ꝛ videt̄ ꝙ ſic: qꝛ ſm̄ Cōmē. in pmo de anima. Mēbra leonis ꝛ mēbra cerui nō dr̄nt niſi: qꝛ aīe differūt. Dr̄ia ḡ rez eſt ex ſubſtātialibus formis: vt dr̄ia aialium ex aīabus: cū aīa ſo magis eſſe ſigna vīr diſtōnis q̄ȝ diſtīguāt. Cū ḡ phūs in lr̄a abſolute lo⁹ noiet dr̄ias ignis ꝛ terre calidū ꝛ fridū videt̄ velle p̄

2^m dicta ptinē ad ſubales formas ignis ꝛ terre. ¶ Ampli⁹ pius nō tollit̄ ꝑ ablationē poſterioꝝ. ſi ḡ calor eſſet forma accidētalis in igne eſſet poſterior q̄ȝ nā ignis: nō ergo tolletur nā ignis per ablationē caloris ꝙ videmus eſſe ſlm̄. nō enim manet ignis niſi ſit coniunctus calori.

Alex. **Notandū** ḡ circa hoc fuiſſe deceptuʒ Alexādꝝ: credidit .n. formā ſubalē ignis eſſe calorē. mouebat̄ aūtē h̄ motiuo. videbat .n. ꝙ in igne nulla erat v̄tus actiua niſi calor: ꝛ qꝛ q̄libʒ agēs agēdo aſſimilat ſibi paſſum: ꝛ ꝑ actōēʒ ſuā induē ſuā formā in mām: ſi in igne nō eſt virtus actiua niſi calor: ꝛ nō agit niſi calefaciēdo: opʒ ꝙ ꝑ calorē igniat ꝛ gñet ignē in mā. ſi ergo calor nō eſſet forma ſubalis in igne: ſequeret̄ hoc icōueniēs: ꝙ ageret vltra ſuam ſpēm: qꝛ per virtutē caloris iduceretur forma ſubalis: cum tamē calor ponat̄ accñtalis forma: ſed dicē calorē eſſe formā ſubalē in igne non eſt verū: Calor: ſi ē for⁹ ſb. lr̄ āīalis ignis.

qd̄ q̄druplicit̄ ꝓbari poteſt. ¶ Pma rō aſſignat̄ talis: qꝛ qd̄ eſt accñs in vno nunq̄ȝ eſt forma ſubalis in alio. nā ſm̄ phm̄ pmo phyſi. Qd̄ vere eſt nulli accidit. pōt .n. cōtingē p^a ratio T. c. 37.

quod eſt accñs in ſe eſſe eēntiale vt hic. vt color eſt eēntialis albedini: lʒ in ſe ſit accñs quoddā: ſed qd̄ in alio eſt accidēs eē formā ſubalē ꝛ veram ſubam in alio nullo mō pōt ꝯtigē. Calor ḡ qui eſt accidēs in corporibus mixtis nō poterit eē ſuba in aliquo elemētoꝝ: ꝛ maxime cū ignis ꝛ terra ꝛ hmōi elta ſint noīa ſubaꝝ. ſi .n. nominarēt accñtia: qꝛ accidētia eēnt eēntualia accñtibus: nō videret̄ abſurdū qd̄ ē accñs in mixtis eē eēntiale in igne: ſi noīe ignis accñs nomineret̄. ¶ Scđa rō talis: qꝛ nulla forma ſubalis eſt ſenſibilis lo⁹ ſ ſenſibilib⁹ exterioꝝib⁹ cū taliū ſenſuū obta ſint paſſibiles q̄litates. vtrū aūt ſit aliquis ſenſus iterior cōprehēdens ſubales formas ſub eē īdiuiduali nō eſt pñtis ſpeculatiōis: cum ḡ calor per ſe ſentiat̄ a tactu qui inter ſenſus 2ª ratio

exteriores computat̄. forma ſubalis eē nō poterit. ¶ Ad hoc etiam addi pōt: qꝛ calor itēdit̄ ꝛ remittitur forma ſubalis vt oñſuʒ ē: nec itēſionē: nec remiſſionē pōt ſuſcipe. 3°

¶ Vlterius vō qꝛ agētia nālia nō ſunt ſua v̄tus ꝛ agūt ꝑ aliq̄ȝ v̄tutē ſupadditā ſue eēntie ꝛ nāe forma ſubalis i eis erit ſolum imediatū pri^m eēndi ꝛ nō agēdi. Calor ḡ qꝛ eſt imediate rō agēdi forma ſubalis eē nō poterit. Alexāder 4°

autē paralogiʒabat̄ ꝑ rōnē ſuam. Nā cum dicebat nullum agēs agē vltra ſuam ſpēm verū eſt lo⁹ ꝑ ſe ꝛ in v̄tute propria. Nā cum oē agēs vt eſt in actu: cum nō ſit in actu niſi ꝑ formā. ſi agēt vltra formā ꝓpriā ageret ꝓut nō eſt in actu: qd̄ eſt icōueniēs. In v̄tute tn̄ alterius ꝛ vt inſtrumētū agē aliqd̄ vltra ſuā v̄tutē ꝛ vltra ſuam ſpēm nō eſt irrōnabile. ſic ferra in v̄tute artis iducūt formam arche quā in virtute propria nō poſſet iducē. ſi ḡ calor in virtute ꝓpria iduceret formam ſubalis ignis: ageret vltra ſuā ſpēm: ꝛ eēt icōueniēs: ſed qꝛ omnes qualitates actiue elemētoꝝ ſunt īſtrumēta ſubaliū formaꝝ exiſtētium in eis: ꝛ multo magis ſunt īſtrumēta ꝛ organa ſupercelestis corporis: calor nō in v̄tute ꝓpria: ſed in v̄tute ſubalis ignis: ꝛ in virtute ſupercelestis corporis habet iducere formam ſubſtātialem.

Ad p^m **Oppoſita** aūt hic nō eſt difficile ſoluē. Nā cū dicit̄ dr̄ias eē ꝑ foīas ſubales nō ꝑ accñtales. dcm̄ eſt ꝙ ꝑ vtraſqȝ formas res dr̄nt. non .n. ois differētia facit aliud: ſed eſt q̄dam dr̄ia q̄ ſm̄ ꝙ hmōi facit alteratū. Dicit̄ tn̄ eē dr̄ia ꝑ formas ſubales: ꝑ accñtales ſo eē magis ſignū diſtōnis: nō qꝛ nulla dr̄ia ſit ꝑ accidētales formas: ſed qꝛ pricipalis dr̄ia eſt per ſubales formas: nō ꝑ accñtales: poſſunt ḡ calm̄ ꝛ fridū dici dr̄ntie ignis ꝛ terre abſqȝ eo ꝙ ſint dictorum elemētoꝝ ſubales forme: qdaʒ tn̄ voluerūt ꝙ ꝑ calm̄ ꝛ fridū vellet phs circūlog formas ꝛ dr̄ias ſubales ignis ꝛ terre: ſed de hoc tāgetur in declarationibus ſequētis lectōis: ad p̄ſens autē ſufficiat ſcire calorē ꝛ friditatem eſſe accñtia nō ſubſtātias.

Ad 2^m ¶ Qꝫ autem addebat̄ vlteri⁹ ꝙ per ablationē poſterioris nō aufert̄ prius: verū eſt ꝑ ſe loquēdo: ꝑ accñs tn̄ hoc pōt ꝯtigē. Nā ſi a mā in q̄ eſt ignis remoueat̄ calor: reddit̄ mā indiſpoſita quo facto ex ꝯñti cedit forme ignis. Ex hoc autē mel⁹ pʒ ſolo Alexā. nam ſicut ꝑ amotionē caloris remouet̄ forma ignis: nō per ſe ꝛ directe: ſed quaſi ex ꝯñti: inquātū reddit̄ mā indiſpoſita ad talem formā: ita calefacere per ſe ꝛ directe ordinat̄ ad introductionem caloris: ſed qꝛ mā calefacta efficit̄ diſpoſita ad ſuſceptionē forme ignis per huiuſmodi calefacere poteſt gñari ignis. Ex q̄ apparet formas

accidentalem nõ eſſe directe rationem ⁊ p̄ncipium agen-
di vltra ſuam ſpẽm vt conabaẗ oſtẽdere rõ alexandri.

T.c.20. **D**icuntur autem hic quidem ſimpliciter ⁊c.
Hic declarãda ſunt tria. Primo declarãduȝ
eſt vtrum ſit poſſibile gñationẽ eſſe. Secun-
do dato ꝙ ſit poſſibile eſſe generationẽ: du-
bitabiẗ de gñatione ſimplici: vtrum in ſubſtãtijs poſſit eẽ
gñatio ſimplex. Tertio dato ꝙ in ſubſtantijs reperiaẗ ge-
neratio ſimplex oſtendetur vtrum in accidentibus conti-
gat generationem ſimplicem reperiri.

Mouetur hec qõ. Tertiu cõmẽ. 20. Q. õ. XX.

p^m **C**irca p̄mum ſic ꝓcediẗ. ſi contingat ge-
nerationem eſſe. ergo poteſt mã ex-
poliari illa forma ⁊ iduit alia. poterit ergo ex
aqua fieri aer. tunc arguo. deẗ inſtãs in quo
vltimo eſt aqua: ⁊ inſtãs in quo p̄ eſt aer: aut
eſt vnum ⁊ idem inſtãs: aut nõ: nõ poteſt dici eſſe idem in-
ſtãs: qꝛ tũc ſimul eſſet aer ⁊ aqua: erit ergo aliud ⁊ aliud
inſtãs: ſed inter quelibet duo inſtãtia cadit me^m tp̄s. ḡ erit
dare me^m tẽpus in quo mã nec erit ſub forma a qua rece-
dit nec ſub illa quã iduit. poterit ergo expoliari omni for-
ma: quod eſt incõueniẽs. Hoc autẽ lȝ ſit arg^m valde cõe: ħ
2^m tamẽ introductũ eſt: qꝛ cõe ſolo nõ videẗ ſufficẽ. Am-
plius ſi eſt poſſe gñatio põt aliqd de nouo gñari: ⁊ ſi põt
aliquid de nouo generari: opȝ ꝙ gñatio incipiat eſſe: ſed
omne qð incipit eſſe põt dici ſem ⁊ gñatuȝ. ſi generatio in
cipet eſſe gñatio eſſet genita. ḡ gñonis eſſet gño: qð eſt in-
3^m cõueniẽs. Amplius gño eſt ꝓceſſus ex nõ eſſe ad eſſe. vt l
T.c.47 mit pħus. 5. phyſico. Eſt ergo gñatio media inter eſſe ⁊ nõ
eẽ: qꝛ q̄libet erit media inter ſuos terminos. ſi ḡ eẽt poſſibi
lis gñatio poſſet eẽ aliquid mediuȝ inter eẽ ⁊ nõ eẽ: quod
eſt incõueniẽs: cum cõtradictoria ſint illa: quorum nõ eſt
medium ſm ſe. vt habetur primo poſteriorum.

Notandum autem ꝙ gñonem eſſe duplici via
inueſtigare poſſumus. p̄mo ex par-
te mãe. 2° ex parte actionum nãlium. mã. n. qꝛ eſt apta na-
ta perfici per omnes formas: ⁊ nãlr qðlibet appetit ſuaȝ
ꝑfectionẽ: appetit eſſe mã ſub omnibus formis: ⁊ qꝛ nõ po
teſt ſub omnibus eẽ ſimul: appetit ſucceſſiue eẽ ſub illis. ſi
ergo dȝ appetitus mãe compleri opȝ gñonẽ ⁊ corruptiões
T.c.80. eſſe. hec autẽ via tangitur circa finẽ p̄mi phyſicorum. vbi
diciẗ mãm machinari ad maleficium ꝓpter p̄uationẽ cui
eſt annexa: ⁊ appetit corruptõnẽ: nõ per ſe. vniquodqȝ. n.
ſemꝑ appetit nãlr quod melius eſt: per ſe ḡ mã appetit ge
nerationẽ ⁊ eẽ ſub forma: ꝑ accñs. n. appetit corruptionẽ:
T.c.24 iſta etiã via tãgitur. 7. metaphy. vbi diciẗ mãm eẽ id ꝑ qð
⁊.28. res põt eẽ ⁊ nõ eẽ. Scða via ad inueſtigãdum hoc idẽ
ſumiẗ ex parte actuum nãlium. agentia. n. nãlia: qꝛ ſunt q̄
dam deriuatiões p̄mi agẽtis intẽdunt ſaluare in reb^s par-
ticipationẽ diuini eẽ. Ideo data eſt virtus gñatiua rebus:
vt qð nõ poſſũt ſaluare in ſe ſaluẽt ĩ ſuo ſimili: ⁊ quod nõ
poſſũt ſaluare in eodẽ numero ſaluẽt in eadẽ ſpẽ. vtrũ au
tem ſit alia ratio. q̄re ſit data virtus gñatiua vt ꝑ has rõ-
nes cõcludaẗ ꝑpetuitas gñationis nõ eſt p̄ntis ſpeculatio
nis. ſufficit autẽ ad p̄ns ſcire poſſibile eſſe gñationem eſſe.
Rurſus in hoc ope nõ loquimur vt theologus: ſȝ vt expo
ſitor pħie. hãc autẽ ſcðam viam quã tãgimus innuit phy
T.c.34 loſophus. 2° de anima. vbi vult omnia appetẽ diuinũ eſſe:
⁊ qꝛ nihil corruptibilium põt ꝑmanẽ idẽ numero: innuit
gñationem eſſe datam rebus: vt quod nõ poſſũt ſm idẽti
tatem numeralẽ pti^cipent ſm idẽtitatem ſpecificam.
hec aũt ratio ⁊ ſi irrefragabiliter non arguit gñationẽ ꝑ
petuitatem: qꝛ falſa per rõnes inſolubiles oſtendi non va-
lent: generationis autẽ poſſibilitatem ſufficienter arguit:
⁊ hoc ſufficit ad propoſitum oſtendẽdum.

p^m **O**ppoſita aũt his quãdã difficultatẽ hñt. Cuȝ. n.
dẽ ſi ex aq̄ ſit aer deẗ inſtans in quo eſt
T.c.69. vltimo aq̄: ⁊ inſtãs in quo eſt p̄mo aer. innuit pħus. 8. phy-
ſicorum: ꝙ nõ eſt dãdũ inſtãs in q̄ res corrupta eſt: qꝛ vlti
mo eſt verum dicẽ eam eẽ: ſed eſt dãdum iſtans in quo p̄i
mo eſt res gñata. ſi. n. ex aq̄ ſit aer ꝑ totũ tp̄s corruptionis
debemus dicẽ ꝙ eſt aqua: ⁊ in iſtanti qð copulaẗ ad illud
tp̄s debemus dicẽ ꝙ eſt aer: ⁊ qꝛ inẗ tẽpus ⁊ inſtans nõ eſt
aliquid medium: ideo nõ eſt dare tẽpus medium: in q̄ nec
ſit aqua: nec ſit aer. Iſta aũt ſolõ: lȝ vera ſit: multuȝ tñ
T.c.96. hȝ caluñiã. Nã ſm pħm. 4. phyſico. tẽpus menſurat mo-
tũ nũc vero mẽſurat mobile. eſt. n. vnũ nũc in toto tp̄e. ſicꝫ
vnũ mobile in toto motu. Cũ ḡ aq̄ tẽdit ad corruptionẽ:
aq̄ ſe hȝ in rõne mobilis: ipm aũt corrũpi ⁊ alterari ſe hȝ ĩ
rõne motus: aq̄ ḡ dũ moueẗ ad corruptionẽ menſurabiẗ
nũc tp̄is: motus võ ille quo ad corruptionẽ vadit: menſu
rabiẗ tẽpore: ⁊ qꝛ nõ eſt abſoluẽ rem a ꝓpria mẽſura: quã
diu durabit aqua: tãdiu eſt dare nũc ⁊ iſtãs q̄ mẽſurabiẗ.
Dandum eſt ergo nũc in quo veruȝ eſt dicẽ ꝙ eſt vltimo
aqua. vlterius dicẽ ꝙ per totuȝ tẽpus eſt aqua ⁊ in inſtã-
ti ad quod copulaẗ illud tempus incipit eẽ aer: eſt non di
ſtinguẽ inter menſuram motus ⁊ mobilis: ⁊ eſt conſidera
re ea que ſunt per accñs: qꝛ cõſideraẗ ac ſi mobile vt ꝓpri
am menſuram reſpiceret tẽpus: Cum habitum ſit ipſum
mẽſurari ipſo nũc ſiue ipſo inſtãti tẽporis. Sciendum Nõ pul
ergo nõ eſſe noſtre intẽtionis ad p̄ns hanc queſtionẽ radi ch:ã ſo-
citus inquirere: qꝛ tranſcẽderet ſuſceptum negocium: ta- lutionẽ.
mẽ vt ſpectat ad ꝓpoſitum: motui debeẗ duplex duratio.
vna intriſeca ⁊ alia extrinſeca. duratio extrinſeca eſt ipm Motui
tp̄s. ⁊ qꝛ ħ duratio nõ depẽdet ex ipſis motibus mẽſuratiſ. debeẗ du
Ideo manẽs vna mẽſurat omnes motus: ⁊ eſt vnum ip̄s plex du-
mẽſura omnium tẽporalium. ſicut qꝛ vlna eſt mẽſura ex ratio.
triſeca reſpectu pãnorũ: poſſet vna vlna mẽſurare omnes
pãnos: ſed p̄ter hanc durationẽ extrinſecam competit ip-
ſis motibus menſuratis quedam duratio itrinſeca. ſicut
p̄ter quãtitatem vlne que eſt extriſeca quãtitas pãni. Cui
applicata quãtitas vlne menſurat pãnuȝ: pãnus ab vlna
mẽſurari nõ poſſet. ſic niſi eſſet duratio ⁊ ſucceſſio intrin-
ſeca cuilibet motui: que relata ad tempus mẽſuratur ab
eo: motus a tẽpore mẽſurari nõ poſſet: ⁊ qꝛ ille durationes
ſunt itrinſece ipſis motibus particularibus. Ideo dõm eſt
de eis. ſicut dicimus de ipſis motibus. opȝ ḡ has duratio
nes intriſecas eſſe plures ⁊ eẽ intercifas. ſicut motus parti
culares ſunt plures ⁊ intercifi. tẽpus aũt ꝙ fundaẗ in p̄i
mo motu eſt vnũ ⁊ continuũ. ſicut motus p̄mus eſt vnus
⁊ cõtinuus: ⁊ qꝛ in magnitudine cõtinua nõ eſt dare duo
indiuiſibilia: inter que nõ cadit magnitudo media: in ma
gnitudine autẽ intercifa eſt dare duo idiuiſibilia ſine ma-
gnitudine media vt ſi due linee itercile cõiguenẗ: erũt ibi
duo pũcta ſine linea media. In tẽpore ḡ qꝛ eſt vnũ ⁊ cõti-
nuũ nõ eſt dare duo inſtãtia ſine tp̄e medio: ſed in aliȷs du
rationibus intercifis eſt dare duo inſtãtia ſine duratiõe me
dia. Cũ. n. ex aq̄ ſit aer eſt aliq̄ duratio itrinſeca ipſi aq̄: ⁊
aliq̄ duratio intriſeca ipſi aeri: ⁊ ille due durationes nõ ꝓpe
cõtinuanẗ: ſed cõtiguanẗ ⁊ cõparanẗ ad tẽpus. ſicut ſi due
linee itercife applicarenẗ vni linee cõtinue. Cũ ḡ q̄ris vtruȝ
ſit dare inſtãs in quo vltimo eſt aq̄. ſi ex q̄ ſiat aer. ſi q̄ris ð
inſtãti duratiõis intrinſece ſic. ſi võ de inſtãti tp̄is nõ: ⁊ qꝛ
durationes extrinſece nõ ſunt cõtinue: ⁊ lȝ ſit dare ſm talem
durationẽ inſtãs in quo vltimo eſt aqua: ⁊ inſtans in quo
p̄mo eſt aer: nõ eſt tñ dare durationẽ mediã: in qua nec ſit
aqua: nec ſit aer. vera ḡ erat ſolutio pħi. Et ratio in cõtra
rium aliquã veritatẽ cõcludebat: cõcludẽdo vnum eẽ in-
ſtãs in quo vltimo eſt aqua: ſed nõ opȝ hoc inſtãs eẽ tem-
poris inſtãs: ſed inſtãs ipſius duratiõis intriſece. vtrũ hec
duratio itrinſeca cuilibet motui menſurato poſſit dici qſi:

ita ꝙ ſicut quilibet motus habet eſſe ex ordine quē habꝫ
ad motum primum: ita quelibet duratio cuiuſlibet motus
relinquatur ex adiacētia tēporis. quod fundatur in mo-
tu primo: ⁊ ſic ipſum quādo quod ex tali adiacētia relin-
quetur: ⁊ vtrum ſit vnum quādo omniuꝫ quādo datum.
ſicut eſt vnum tēpus oīum tēporalium: ⁊ vtrum ſic acci-
piātur inſtātia in ipſo quādo. ſicut accipiunt in tēpore nō
eſt pñtis ſpeculationis. ad pñs autē in tm̄ dcm̄ eſt ꝙ p iā di
Ad 2m cta hēri poteſt ſolutio rationis pfacte. ℂ Qꝫ autē ſecūdo
addebatur ꝙ ſi gñatio inciperet eſſe: generatio gñaretur.
ergo nihil pōt generari de nouo: qꝛ ſi genitum incipit eē:
opꝫ ꝙ gñatio eſſe incipiat. dici poteſt ꝙ nō quicquid inci
pit eſſe eſt ꝓprie genitū: niſi forte genituꝫ acciperemus lar
ge: nec valet ratio facta arguendi. generatio terminatur
ad eē. ergo quicqd accipit eſſe: accipit eſſe p generationē.
Nam tactus ⁊ motus quātūcunqꝫ incipiat eſſe poſt non
eſſe: ſunt tamē ingenita: qꝛ nō acciperūt eē per generatiōeꝫ.
ſic ⁊ generatio eſt ingenita: qꝛ non accipit eſſe per genera-
tionem. poteſt ergo dici ꝙ ſolum compoſitum habet eſſe
per ſe: ꝓprie etiam generaſ ⁊ accipit eſſe per gñationem ⁊
Ad 3m nō alia. ℂ Qꝫ autem addebaſ tertio generationē eſſe me
dium īter eſſe ⁊ non eē. ergo eſt media inter extrema con-
tradictionis: dici debet gñationē non eē medium inter eē
⁊ nō eſſe ſimplicit: ſed inter eē ⁊ nō eſſe actu: ⁊ ſic acceptuꝫ
eſſe ⁊ nō eē nō ſunt contradictoria: ſed habēt mediuꝫ ens
in potētia: quod incipit a nō eſſe in actu: ⁊ terminaſ ad eē
in actu: vel poſſumus dicere ꝙ ſicut materia nūqꝫ abſol-
uitur ſimpliciter ab omni eſſe. ſic nunqꝫ eſt generatio: nec
aliquis motus qui non ſit coniunctus alicui actui. Nō re
fert autem vt ſpectat ad propoſitum: vtrum hoc ſit per ſe
vel per accidens. verbi gratia. ſi ex aqua debet fieri aer ge
neratio incipit a nō aere ⁊ terminaſ ad aerem: ſed non aer
a quo incipit generatio habet eſſe coniunctū alicui actui.
pōtur enim id nō aer eſſe aqua.

ℂ Mouet hec q̄ſtio. Textu cōmē. 20. Qō. XXI.

primū SEcundo reſtat declarare vtrū in ſub
ſtātijs poſſit eſſe generatio
ſimplicit. videſ ꝙ nō. Nam ens ſimplicit tri
pliciter poteſt dici. Uno modo dicit ens ſim-
pliciter. i. vniuerſaliter: ⁊ ſic ſimplr diuiditur
contra ens contractuꝫ. Alio modo pōt accipi ſimplicit. i.
principaliter: ⁊ ſic ſimpliciter cōtra ſm qd: ⁊ hoc modo ſub
ſtātia eſt ens ſimpliciter. Tertio modo pōt dici ſimplicit
idest ens in actu ⁊ ſic ſimplr diuiditur contra ens in potē
tia. ꝙ eniꝫ eſt potētia tale nō eſt ſimpliciter tale: ⁊ qꝛ quo-
tieſcūqꝫ multiplicaſ vnū oppoſitorum totiēs multiplica
tur reliquū. ⁊ ſicut ens ſimpliciter dicitur ens triplicit: ita
⁊ nō ens ſimplr tripli dici pt: vel nō ens vniuerſalr: vel nō
ens ſubꝫ: vel non ens aliquo mō in actu. ſi ergo generatio
ſit ex nō ente ſimplr: gñatio erit ex nō ente ſimplr: ſed nul
lo pdictorum modorū ſm ꝙ dr aliquid nō ens ſimplicit
poteſt dici generatio ſubē fieri ex nō ente. ergo in ſubſtan-
tijs: de quibus ad pñs intēdimus q̄rere: nulla erit genera
tio ſimplr. Qꝫ aūt ex nō ente ſimplr non poſſit eſſe gñatio
ſubē pꝫ: qꝛ agēs naturale: per cuiꝰ actionē fit gñatio ſem-
per pſupponit aliqd in qō agat. Ideo habeſ in lra: ꝙ om
nes phi anteꝰ pterriti concedē aliquid eſſe ex nihilo: ⁊ vni
2m uerſalr ex nō ente. ℂ Amplius ꝙ ex nō ente ſimplr ſcdo
modo. i. ex nō ſubā nō ſit poſſibile fieri gñationem ſubſtā
T.c.25. tie. patet per phūm. primo phyſicoruꝫ. qui ait: ꝙ ex nō ſub-
3m ſtantia non fit ſubſtātia. ℂ Et amplius ex non ente ſim-
pliciter 3o modo. i. ex nō ente aliquo modo in actu nō po-
Com. 4 teſt eſſe generatio: quia ſm Cōmenta. 8. phyſicorum. Si
eſſet materia ſoluta ab omni actu non poſſet eſſe ſubiecta
motus ⁊ tranſmutationis: ſed ſine motu ⁊ tranſmutatione
non fit generatio. ergo ꝛc.

Notandum ergo gñationem ſimpliciter dupli
citer ſumi poſſe abſolute ⁊ comparati- Gñatio ſimpliciter pt ſumi 2r. abſolute et cōpatiue.
ue. tūc. n. aliquid dicit abſolute tale: quādo eſt ſm ſe tale: ⁊ ſm
ſua pricipia tale. Sed tūc eſt comparatiue tale: quādo eſt
reſpectu alterius tale: generari ergo aliquid ſimplicit po-
teſt accipi abſolute ⁊ ſm ſe: ⁊ comparatiue: vt cōparādo vnuꝫ
generatum ad aliud gñatum: vtroqꝫ autē modo in ſub-
ſtātia reperitur gñatio ſimplicit. tūc quidem accipitur ge
neratio ſimpliciter ⁊ abſolute ſm ſe quādo gñaſ penes ea que
ſunt per ſe pncipia gñationis. hec autem ſunt mā forma. al. conſideratur.
potentia. ⁊ actus. gñatio enim īcipit a mā ⁊ ab ente in po-
tētia ⁊ terminatur ad formaꝫ ⁊ ad ens in actu. Incipit au
tem a nō ente ⁊ terminaſ ad ens: quando ergo eſt gñatio
ex ente ī potētia ſimpliciter: ⁊ terminaſ in ens ſimplicit: ⁊
terminatur ſimpliciter in ens abſolute nominē: pōt dici gñatio
ſimpliciter: talis auteꝫ gñatio eſt ſubē. ex illo. n. ente in po
tētia per ſe loquēdo eſt generatio aliqua que ſubijciſ for-
me que per illam gñationeꝫ acquiritur. Cum ergo forma
ſubalis que acquiritur per gñationem ſubē fit in ipſa ma
teria: que de ſe eſt pura potētia: oportet ipſam materiā eē
id quod ſubijcitur in tali gñatione. Ideo ſcribitur primo
huius. caplo de alteratione: ꝙ yle eſt maxime ſubm gña- T.c.24
tionis. ſi. n. ipſa forma ſubſtāitalis īmediate perficit ipſaꝫ
mām: qꝛ nulla forma accidētalis precedit ipſam per ſe lo
quēdo: ipſa mā ⁊ ipſum yle erit id ex quo eſt gñatio ſubē.
ſi enim alia occurrūt hoc eſt per accñs vt ſupra oſtēdeba-
tur. ex ente. n. in actu ⁊ ex priuatione vt dicebaſ generaſ ali
quid per accñs. ex ente vero in potētia per ſe: ⁊ ex tali ente
in potentia fit generatio: quale eſt illud ens quod ſubijcit
forme per generationem acquiſite: eſt ergo generatio ſub
ſtantie gñatio ſimplr: qꝛ eſt ex non ente ſimplr: cum ſit ex
ente ſimpliciter in potētia: rurſum gñatio ſubē eſt genera
tio ſimpliciter: qꝛ terminatur ad ens ſimpliciter. termina
tur. n. ad ſubſtātiam: que ſimplr dꝫ dici ens. Utrum autē
pdicta duo ꝓpter que abſolute accipiſ gñatio ſimpliciter in
ſeparabiliter ſint cōnexa: vt quotieſcūqꝫ terminaſ genera
tio ad ens ſimplr: quod gñaſ nō fiat ex non ente ſimplr: ⁊
ecōuerſo: ⁊ quod illorū plus faciat ad gñationem ſimpli
citer: ⁊ vtrum magis debeat dici gñatio ſimplicit: vel qꝛ
eſt ex nō ente ſimplr: vel qꝛ terminaſ ad ens ſimplicit: in-
fra patebit. Nam in caplo de augmēto vbi diſputabimꝰ
de dimenſionibus indeterminatis quomō pcedūt formā
ſubſtantialē in mā. ibi. n. de hoc aliquid dicetur: ⁊ deo dā
te quod ibi fuerit dimiſſuꝫ ſuppleḃiſ in ſecūdo: vbi diſpu-
tabitur: vtrum oporteat qualitatem ſimꝰ remanere. ad
pñs autē in tm̄ dcm̄ ſit gñationeꝫ ſubſtantie dici gene-
rationem ſimplicit. tum qꝛ eſt ex nō ente ſimpliciter: cum
yle. i. mā prima ſit maxime gñationis ſubiectum. tum etiaꝫ
qꝛ talis gñatio terminaſ ad ens ſimplr. i. ad ſubſtantiaꝫ:
que ens ſimplr dici pōt. Uiſo quō in ſubſtantijs reperitur
generatio ſimplr ⁊ abſolute: reſtat videre quō in eis reperitur
hꝫ generatio cōparatiue. hec autem cōparatio dupliciter
ſumi pōt: vel reſpectu accidentiū: vt comparando ſubam
ad accñs: vel reſpectu ſubarū comparando ſubſtantiam
ad ſubſtantiā. vtroqꝫ aūt modo in ſubſtantijs reperiſ ge-
neratio ſimplr. nam reſpectu accñtis quelibet ſubſtantia
generaſ ſimplr: cū quelibet ſubſtātia plus habeat de enti-
tate qꝫ accidēs comparādo etiā ſubam ad ſubſtantiā: in-
uenimus in ſubſtātijs generationē ſimplr: ⁊ ſic nō queli-
bet ſubſtātia generaſ ſimplr: ſed ſubſtantia perfectior re-
ſpectu ſubſtātie imperfecte dicit generari ſimpliciter. hec
autem perfectio vt ſuperius dicebaſ tripliciter poteſt acci
pi. Nam huiuſmodi generabilia ⁊ corruptibilia vel ſunt
elemēta vel ſunt mixta: ⁊ ſi ſunt mixta vel ſunt ea in qbꝰ
non vltimatur gñatio nāe: vt in gñatione embrionis: vel
ſunt talia ad que cū peruētum eſt: finiſ intētio gñationis

illaȝ ſpẽm nã nõ potuit producere.ſilr ſi ex multis mixtis
fieret tyriaca ſpecie differens a quolibet ipſoꝝ ꝑ artem ars
ad pᵐ facit nouam ſpẽm quã nã nalr nõ potuit agere.℄ Dicit̃
ad primum negando ꝯñam:qꝛ eĩn nõ cõſueuit dici niſi õ
ſimplici.modo mixtum nõ eſt ſimplex:⁊ ideo lȝ ſit princi-
2 pium mixti:non tñ eſt eius elm.℄ Ad ſecũdũ negeť ꝯña.
qꝛ non qõlibet eſt miſcibile cũ quodlibet:imo in mixtione
deuenitur tandem ad ita perfecta ꝙ ipſa vltra miſceri nõ
poſſunt:⁊ ſic non proceditur in infinitum:qꝛ ibi eſt ſtatus.
3 ℄ Ad tertium dicitur.ꝙ eſt bene dubium:⁊ põt ꝓbabili-
ter dici ꝙ non eſt incõueniens:ꝙ ars iuuet nãm:ſic ꝙ ap-
plicet actiua paſſiuis quibus mediantibus nã certas ſpẽs
põt ꝓducere:quas nã non produxiſſet ſi talis applicatio
non fuiſſet facta:⁊ ideo ars ſic iuuando nãm bene generat
cum actione nature aliquaȝ ſpẽȝ:quã natura ſine arte nõ
generaſſet:⁊ ideo cõiter concedendum eſt ꝙ nã perfecta ẽ:
non qꝛ ſemper oẽm ſpeciem hȝ:ſed qꝛ celuȝ hmõi mixta ꝑ
2 artem generabilia oĩa virtualiter in ſe continet.℄ Scdõ
ꝙ non poteſt ars ſic in infinitum generare ſpecies nouas:
ſed ſolum finitas:reſpectu quoꝝ eſt potentia vt generent̃
applicans actiua paſſiuis virtute influentie celi:⁊ circa iſtã
11ᵐ dubᵐ ratiõneȝ bene ſtudeat ſtudioſus.℄ Undecima dubitatio
eſt.Juxta predictam dubitationeȝ queritur:quare nõ qõ-
libet miſcetur cuilibet:⁊ vr̃ ꝙ deberet:qꝛ omnia mixta ſũt
℞ diuiſibilia ⁊ habent ꝯtĩnuitatem.℄ Rñdetur ꝙ quedaȝ ſũt
q̃ hñt formã perfectaȝ:⁊ requirũt in materia organizatio-
nem ⁊ certã figuram debitam:⁊ q̃ntitatem ⁊ ligamenta or-
ganoꝝ.ſicut plante ⁊ aĩalia:⁊ illa nõ pñt diuidi in paruas
partes quin ſtatim corrũpãtur.quapꝓ anteq̃ȝ mixtio ex eis
fieret per diuiſioneȝ ad mixtionẽ ipſe ꝑ requiſita diu eſſent
corrupte:ſilr multe ſunt reſiſtentie:qꝛ q̃ñq̃ȝ vnum pateret̃
ad mixtionem diu aliud eſſet in aliam ſubam tranſmuta-
12ᵐ duᵐ tum:ſicut declarat pħus i ſine pmi de ſtãno ⁊ ere.℄ Duo-
decima dubitatio:quare aliqua ſunt faciliter mixtibilia ⁊
aliqua difficulter.℄ Reſpondetur ꝙ parua paruis faci-
lius miſcentur:qꝛ faciliter totum agit in totum:⁊ ex alio:
qꝛ parua ſunt modice reſiſtentie ex ꝯſequenti ſe cito inuicẽ
corrumpuntur:⁊ ad temperamentum mediuȝ ſe reducũt.
Dubiuȝ ℄ Et ſi dicatur ꝙ eadem eſt proportio parui ad paruuȝ:
ſicut magni ad magnum.ergo eque faciliter ſunt miſcibi-
℞ lia.℄ Reſpondetur:ꝙ lȝ ſit equalis ⁊ eadem proportio:
tñ non poteſt fieri equalis applicatio magni ad magnum:
ſicut parui ad paruum:⁊ ideo non ſequitur ꝙ ſint eque fa-
2 ciliter miſcibilia.℄ Scdõ cã eſt facilitas diuiſionis:ſicut
inuenitur in humidis viſcoſis:qꝛ propter facilitatem diui
ſionis faciliter talia reſoluuntur in paruas partes:⁊ iuxta
3 ponuntur quibus mediantibus citius fit mixtio.℄ Tertia
cauſa eſt:qꝛ oĩa miſcibilia ſunt hñi poſſibilia.⁊ aliud nullo
modo vel paruum non fieret debita mixtio ⁊ oppoſite cãe
ſunt cã difficultatis mixtionis ſi aliqua ipſarũ fuerit inten
13ᵐ duᵐ ſa in paſſibilitate mixtionis.℄ Tertiadecima dubitatio
eſt.ſi mixtum põt miſceri cũ ſimplici:⁊ videtur ꝙ non:qꝛ
ſimplex cum habeat ſuas qualitates intenſas ſemper ſupa
℞ bit ⁊ conuertit ipſum mixtum in ſui naturam.℄ Reſpon
detur ꝙ ſic:qꝛ licet bene blada miſcentur cum aqua in fa-
ctione potus:itez vinũ cũ aqua per ſucceſſionem tẽporis.
℄ Ad rõnem dr̃.ꝙ lȝ qualitates ſimplices ſint intenſio-
res:tñ poſſunt fieri propter magnitudinem mixti:aut den-
ſitateȝ materie eius equiparãdo ſic:ꝙ qualitates vniꝰ ſint
14ᵐ duᵐ tante actiuitatis ſicut alterius.℄ Decimaquarta dubita-
tio eſt.Utrum ſimplex poſſit augere mixtum.℄ Reſpon
detur plene ꝙ ſic.nam ſi gutta aque apponeretur doleo vi
T.c.88. ni:philoſophus dicit in littera:ꝙ vinum poteſt facere ꝙ
vniuerſa mixtura faciat opus vini.ergo aqua cõuertatur
in vinum ⁊ augmentabit ipſum.℄ Decimaquinta dubi- 15ᵐ duᵐ
tatio.quare mixtum animatum non poteſt augeri aut nu
triri ex ſimplici ſicut mixtum inanimatum.Dicitur ꝙ cã
eſt nimia diſſimilitudo mixti animati ad ſimplex:non enĩ
poteſt anima ſuo calore quãtũcũq̃ȝ diſſimile conuertere:⁊
ideo ſimplex ꝓpter nimiam diſſimilitudinem ſuam in mix
tum aĩatuȝ nequit tranſire:ſed ſecus eſt de mixto inanima
to:qꝛ non eſt tanta diſſimilitudo.℄ Decimaſexta dubita- 16ᵐ duᵐ
tio.ſi quelibet pars mixti eſt mixta:ſicut pȝ de lignis:qua
re ignis applicatus ei:cum vniforme ſit nõ generat equalr
ex omni parte flãmã.ſed ex vna parte generat flãmaȝ:⁊ ex
alia fumum:⁊ iterum ex alia cineres.℄ Reſpondetur:ꝙ ℞
cã huius eſt ꝙ nõ eſt lignum aut ſtramen aut aliquod hꝫ
homogeneũ ſimplr:qꝛ ſi ſic eſſet totũ in flãma conuertere
tur:ſicut oleum totum in flãma reſoluit̃.Sed lȝ ſit vnifor-
me quo ad ſenſum:tñ ibi ſunt etherogeneitates inſenſibiles
⁊ ꝑꝑ iſtud contingit ipſum in ita diuerſas formas reſolui.

Ad rationes

ad primaȝ patet quid ſit dicenduȝ
per pmaȝ dubitationem.℄ Ad ſe- ad rões
cundum patet ſolo per ſcdãm dubitationẽ.℄ Ad tertiũ ad pᵐ
dicitur.ꝙ eſt naturalis:ꝯceditur tñ ꝙ ad eam concurrunt Ad 2ᵐ
multe violentationes.puta corruptiones elementoꝝ vel Ad 3ᵐ
exiſtentiã aliquoꝝ coꝝ extra locum nãlem:ſed hec nõ ob
ſtat quin ipſa eſt naturalis:qꝛ ẽ generatio:⁊ oĩs generatio
eſt mixtio naturalis:⁊ de hoc magis dicet̃ in ſequenti qõ-
ne.℄ Ad quartum pȝ quid ſit dicendum per ſeptimaȝ du Ad 4ᵐ
bitationem.℄ Ad quintuȝ quid ſit dicenduȝ.pȝ per ſextã Ad 5ᵐ
dubitationeȝ.℄ Ad ſextum dr̃ ꝙ mixtio fit qñ miſcibilia Ad 6ᵐ
actu corrumpuntur ⁊ forma media generatur.conceditur
etiam ꝙ de virtute ſermonis mixtum nõ cõponit̃ ex eis vt
etiã ex his miſcibilibus que cõcurrũt ad eius gñonem:ſed
tñ dr̃ ex eis cõponi vulgariter ad intellectum ante poſitũ.
℄ Rõ poſt oppoſitum eſt pro pma ꝯcluſione primi articuli.

℄ Quedam.n.balbutiuntur adinuicẽ ⁊ epã-photerizant. T.cõ.xc. Qõ.xxiiij.

Queritur Utrum oĩs mixtio ſit nãlis.
Et arguit̃ primo ꝙ nõ eſt nã- pᵐ
lis aliq̃.gñatio nõ eſt nãlis ſimplr.aliq̃ ergo
nõ eſt nãlis.ergo ſimplr aliqua mixtio nõ eſt
nãlis.ꝯña tenet.qꝛ non vr̃ potior rõ de mixtio
ne q̃ȝ de gñatione vel augmẽtatiõe.añs eſt pħi.5.phyſico- T.c.57
rũ.circa finẽ.℄ Scdõ.aggregatio eloꝝ nõ eſt nãlis.ergo 2ᵐ
mixtio non eſt nãlis.ꝯña tenet.qꝛ in mixtione fit aggrega-
tio eloꝝ.añs eſt manifeſtũ.nã in tali cõgregatione:vel opȝ
terraȝ aſcendere:vel opȝ ignem deſcendere:qõ eſt violentũ
ſicut in precedenti qõne dictum eſt.℄ Tertio vel ela ma- 3ᵐ
nent in mixto:⁊ ſi ſic in quocũq̃ȝ loco fuerit mixtum aliq̃
elemẽta detinebuntur ibi violenter.vel nõ manent:ſed ſue
virtutes:ergo ille detinentur ibidem violẽter.ergo mixtio
eſt adhuc motus violentus.℄ Quarto.mixtio fit mediã- 4ᵐ
te alteratione violẽta.ergo eſt violenta.ꝯña tȝ.⁊ añs appa
ret.qꝛ gñatio miſcibiliũ fit ab agente extrinſeco ⁊ paſſum.
puta miſcibile non cõfert vim:qꝛ per eam diſponit̃ ad cor-
ruptionẽ ad cuius ꝯtrium hȝ nãleȝ inclinationem.ergo illa
alteratio eſt violẽta.℄ Quinto.mixtio fit mediãte corru 5ᵐ
ptione ⁊ diuiſione miſcibilium modo oĩs diuiſio eſt vio
lenta.ergo mixtio eſt violenta.añs pȝ.per pħm in lr̃a:⁊ mi T.c.86.
nor pȝ.qꝛ omne cõtinuũ diligit ſe nãliter ꝑmanere conti- ⁊.88.
nuum ⁊ vnũ:quare oĩs diuiſio eſt violenta.℄ Sexto.ali- 6ᵐ
qua eſt artificialis mixtio.ergo non oĩs eſt nãlis.ꝯña tenet.
2ᵒ phyſico.nãlia diſtinguunt̃ ab artificialibus.añs appet. T.co.5.
qꝛ artificialiter miſcet̃ vinũ cũ aq̃:⁊ ꝑ artẽ alchimiſte vnũ
metallum cũ alio.℄ Septimo.aliq̃ ſunt mixta caſualia. 7ᵐ
ergo nõ oĩs mixtio eſt nãlis.añs pȝ.de mixtis que ſunt mixta
caſualia.⁊ ꝯſequentia tȝ.qꝛ naturale diſtinguit̃ ꝯ caſuale.

T.c.83. vſqȝ ad 90. **In oppoſitū** videtur eſſe intentio Ariſ. qui nō videt in hoc lib. determinare niſi
de motibus ⁊ mutationibus naturalibus. cuȝ ergo hic de-
terminet de mixtione: ſeqt ꝙ ois mixtio eſt mutatio nālis.
ℭ In iſta q̄one ſunt ponēde diſtōnes. 2° ꝯnes reſponſales.
pᵐ noᵐ p **Quantum** ad primū. primo nota ꝙ nāle i propo-
ſito poteſt capi octo modis. ℭ Primo
modo capitur prout denominatiue dr̄ a nā: ⁊ ſic ſcia dicit
naturalis: eo ꝙ de natura ⁊ de habente attributionem ad
2 nām principaliter cōſiderat. ℭ 2° mō capitur prout diſtin
3 guitur cōtra violentū. ℭ 3° modo prout diſtinguitur con
4 tra artificiale. ℭ 4° prout diſtinguit̄ ꝯtra volūtariū. ℭ 5°
5 ꝓut diſtinguit̄ cōtra diſcōueniēs. ℭ 6° prout diſtinguitur
6 cōtra miraculoſum ſeu ſupernaturale: vt dicimus creatio
7 nem nō eſſe nālem. ℭ 7° ꝓut diſtinguitur contra caſuale.
8 ℭ 8° ꝓut diſtinguit̄ cōtra mōſtruoſum: ⁊ vr̄ octauus mo
2ᵐ noᵐ dus cōtineri ſub 7° tāq̄ ſferius ſub ſupiori. ℭ Scdo nota
ꝙ violentū capit̄ tripl̄r. Uno° qḋ eſt cōtra cōem ⁊ ſolitum
T.c.57 curſum nāe: ⁊ ſic capit̄. 5. phyſicoꝝ. qñ dr̄: ꝙ gñō augmē-
2 tatio ⁊ alteratio qñqȝ ſunt violente. ℭ 2° dicit̄: ꝙ eſt cōtra
nām ⁊ inclinationem agentis: vnde ſic qñ agens intendit
vnum ⁊ euenit oppoſitū illud dr̄ euenire violenter: ⁊ etiaȝ
tale dr̄ caſuale: caſuale aūt eſt in plus: qcq̄d. n. euenit p̄ter
intentionem alterius agentis extra ſemp ⁊ frequēter: ⁊ eſt
3 notabilis bonitatis vel malitie dr̄ caſuale. ℭ 3° modo dici
tur proprie: qḋ fit a pn° actiuo extrinſece non ꝯferente vim
paſſo: ⁊ ſic deſcribit̄. 3° ethycoꝝ. ⁊ ſic motus lapidis ſurſuȝ
3ᵐ noᵐ dicitur violentus. ℭ Tertio eſt notandū: ꝙ aliqñ aliquid
dicitur artificiale vel voluntarium reſpectu agentium pn-
cipalium: vt domus gñō dicit̄ voluntaria vel artificialis.
Alio mō aliq̄d dr̄ artificiale vel volūtariū reſpectu agen-
tium applicantiū actiua paſſiuis: ⁊ iſto mō dicimus bla-
da artificialia: ȝ cōpleant̄ per nām: eo ꝙ incipiunt̄ ab ar-
4ᵐ noᵐ te. Et eodē modo pōt dici de violēto. ℭ Quarto nota: ꝙ
differunt cōtingens caſuale mōſtruoſum ⁊ violentum. Cō
tingens. n. dr̄ illud qḋ pōt eſſe: ⁊ non eſt. ⁊ hoc capiēdo con
tingens ſtricte: ⁊ ꝓprie pp libertatē arbitrij. Sed caſuale
dr̄ qḋ eſt effectus notabilis bonitatis vel malitie extra ſem
per ⁊ frequēter eueniens ab agente aliquo ipſum ꝓducē-
pᵐ te non intēto ab eodē. Monſtruoſum dr̄ qñ eſt ldebita or-
dinatio mēbroꝝ ⁊ p̄ter intētionē ꝑticularis nāe: ⁊ iō eſt inferi°
ad caſuale. violētū xo eſt illud qḋ fit ⁊c. qḋ ante deſcriptū
5ᵐ noᵐ eſt. ℭ Quinto nō. ꝙ mixtio capitur qñqȝ pro alteratione
p̄ma p̄cedente gñōnem forme mixti. Aliqñ xo pro gñatio
6ᵐ noᵐ ne forme mixti in materiis miſcibilium. ℭ Sexto nō. ꝙ
ſubm alterationis eſt mā p°: ſicut ⁊ gñōnis. pȝ p p̄us dicta.
p° ꝯ **Quantum** ad ſecūdū ſit p° ꝯ hec. capiēdo violētū
pro illo qḋ eſt p̄ter ſolitum curſum nāe
aliqua mixtio eſt violenta ⁊ nō nālis: ⁊ eſt artificialis volū
taria inchoatiue: pȝ hoc de mixtiōe metalloꝝ facta per ar-
tem alchimiſte: illa. n. eſt p̄ter curſum ſolituȝ nāe: ⁊ inchoa
tiue fit ab arte ⁊ volūtate. veꝝ eſt ꝙ cōpletiue fit a nā miſci
2° ꝯ bilibus applicatis. ℭ Secūda ꝯ capiēdo violētū proprie:
ꝓut dr̄ ꝙ eſt cōtra inclinationē paſſi: ⁊ mixtiōeȝ p gñōne
forme mixti: nulla mixtio eſt violēta: ſed quelis nālis. pȝ.
nam ois gñātio non eſt violēta: ȝ nālis. ois mixtio eſt gñō
ergo ois mixtio eſt nālis ⁊ nulla violenta. maior pȝ. qȝ ois
gñō eſt cū inclinatiōe nāli ſubi. ſ. mãe prime in qua ipſa fit.
ergo paſſum in gñōne cōfert vim. ſ. hñdo nāleȝ inclinatio
nem ad recipiendū formam que generat̄. ergo nulla ē vio-
3° ꝯ lenta gñātio. minor nota eſt de ſe. ℭ Tertia ꝯ. capiendo
mixtionē pro alteratione p̄uia adhuc iſto modo ois mix-
tio eſt nālis: ⁊ nulla violenta. ꝓbatur. nam alteratio reali-
ter fit in mā prima. modo ſicut ipſa hȝ nālem inclinationē
ad terminum alterationis. puta ad formam ſubſtantialē.
ita hȝ ad mediū. ſ. alterationem quo illa forma producit̄,
ergo eſt ibi naturalis alteratio ⁊ non violenta ſicut ⁊ gene-
ratio. ℭ Sed diceret quis. miſcibilia ſunt ſubiecta altera- Dubiuȝ
tionis: ⁊ illa non cōferunt vim ad alterationem illam. er-
go iſta alteratio eſt violenta. ℭ Reſpondet̄ negādo ꝙ ſub Rᵉ
iectum inheſionis adequatum ſit miſcibilia: imo ſunt ma
terie ipſoꝝ: vt prius dictuȝ eſt. ℭ Si aūt quis vellet ꝙ mi
ſcibilia ratione materie eſſent ſubiecta hmōi alterationuȝ:
tunc conceditur totum añs. ⁊ negetur ꝯña. qȝ non opȝ ad
hoc ꝙ aliquis motus ſit naturalis ꝙ cōueniat ol ſubiecto
ſed ſufficit ꝙ ſubm inheſionis adequatū: puta cui inheret
habet naturalem inclinationē ad hmōi motum. mō ſic eſt
in propoſito reſpectu huius mixtionis ſeu alterationis: ꝙ
mā eſt ſubiectū adequatum īheſionis eius: ⁊ ipſa hȝ ad eā
nālem inclinationem. ℭ Quarta ꝯ. capiendo mixtionem 4° ꝯ
pro alteratiōe: mixtio: vt in pluribus eſt nālis in ordine ad
cās agentes: pȝ. qȝ agentia intendunt illam alterationem.
ℭ Quinta ꝯclo. in ordine ad q̄tuor elā miſcibilia ois mix 5° ꝯ
tio: capiēdo mixtionē pro gñātione forme mixti: ē caſual.
pȝ. qȝ euenit p̄ter intētionē eoꝝ: qḋlibet. n. eoꝝ intendit ge
nerare ſibi ſile ⁊ nō mixtū. ℭ Sexta ꝯclo. ois mixtio ē nā- 6° ꝯ
lis ⁊ nō caſualis in ordine ad agēs p̄mū pȝ. qȝ agēs p̄muȝ
qcq̄d ꝓducit: ꝓducit ex intētiōe: ꝓut pȝ auctoritate Boe-
tij 4° de cōſola. ⁊ ex alio: qȝ cā p° nihil ꝓducit nō cognoſcēs
nec ꝓducit nō intēdens: eo ꝙ nō neceſſitat̄ in ꝓducendo.
ergo nihil facit a caſu. añs eſt notum: ⁊ ꝯña ſilr. ℭ Corre- Corᵐ
larium. eſto ꝙ multa ſunt caſualia reſpectu agentiū ꝑticu
larium: tñ nihil eſt caſuale reſpectu agentis vlis. pȝ p duas
ꝯcloneſ p̄cedentes. ℭ Septima ꝯclo. ois mixtio ē violēta 7° ꝯ.
miſcibilibus quoꝝ actione ꝓducit̄ ex ipſis mixtū: qȝ illa p
eam corrūpuntur. mō cuilibet violenta eſt ſua corruptio.
Ad rationes. ad p̄mā dr̄ ꝙ ipſa arguit propriā Ad pᵐ
cōcluſionē: vñ eodem mō augmē
tatio gñō ⁊ mixtio dnr̄ inales lproprie: qȝ ſunt p̄ter cōeȝ ⁊
ſolituȝ curſuȝ nāe: ⁊ hoc eſt pro p° ꝯne: ſunt tñ ſimpl̄r nāles
qȝ ſubo ſuo ꝯuenientes. puta mãe p̄me. ℭ Ad ſcdm ꝯcedit̄ Ad 2ᵐ
ꝙ ꝯgregatio eloꝝ nō eſt nālis in ordine ad ſua ela: ȝ nāle
ſit in ordine ad cās agentes qñqȝ. ⁊ neget̄ ꝯña: qua infert̄.
ergo mixtio nō eſt nālis: mixtio. n. pōt eſſe nālis: ȝ ad eam
multe cōcurrunt violentationes ipſoꝝ miſcibiliū. ℭ Ad Ad 3ᵐ
3ᵐ dicit̄ ꝙ ela non manent in mixto: ſed ſue virtutes. ⁊ qñ
dr̄ ꝙ tales ibidem manent violente: poſſe eſt ꝙ aliqua qua
litas motiua in mixto ſit violēta vt leuitas ignis: ſed ꝯña
nō valet qua infert̄: ꝙ mixtio ſit violēta: motus. n. bene eſt
nālis: ȝ ad eum hñ multe cōcurrūt violētatiōes. ℭ Ad q̄r Ad 4ᵐ
tum neget̄ añs: ꝙ mixtio ſit mediante alteratione violen-
ta. Ad probationem cōcedit̄: ꝙ alteratio miſcibilis eſt vio
lenta miſcibili: ſed cum hoc ſtat ꝙ ſit nālis: qȝ eſt ꝯueniens
ſuo ſubo adequato. ſ. mā p̄me: ꝓut dictum eſt i tertia ꝯne:
ꝯcedit̄ etiaȝ ꝙ ad mixtionē naturalē ꝯcurrūt miſcibilium
violētatiōes: vt prius dictū eſt. ℭ Ad q̄ntū rñdet̄: ſicut ad Ad 5ᵐ
ſcdm vel tertiū: qȝ bene ſit mixtio mediante violentatione
miſcibiliū. puta diuiſione vel corruptione ipſoꝝ: tñ eſt ſim
pliciter nālis vt dictū eſt. ℭ Ad ſextum cōcedit̄: ꝙ aliq̄ eſt ad 6ᵐ
mixtio artificialis inchoatiue: ⁊ cōcedit̄ ꝙ ſic nō eſt nālis:
prout nāle diſtinguit̄ cōtra artificiale: imo eſt violēta ꝓut
violentū diſtinguit̄ cōtra cōſuetum ⁊ cōem curſum natu-
re: ⁊ hoc eſt dictū in p̄ma ꝯne: ⁊ cū hoc tñ ſtat ꝙ ipſa mixtio
ſit ſimpl̄r naturalis: eo ꝙ eſt cōueniēs ſuo ſubo. ℭ Ad ſe- Ad 7ᵐ
ptimū cōcedit̄: ꝙ aliqua ſunt mixta caſualia in ordine ad
cās ꝑticulares agētes: ſed cuȝ hoc ſtat ꝙ eſt nālis in ordine
ad primū agens intēdens illam formā tali mō debere pro
duci: ſicut in mixto monſtruoſo ꝓducitur: ſtat etiam ꝙ ſit
ſimpliciter naturalis mixtio. eo ꝙ eſt cōueniens ſuo ſubo.
ℭ Rō poſt oppoſitū eſt pro ꝯnibus ſecūda ⁊ tertia.

ℭ Expliciunt queſtiones primi libri.

¶ De mixtione quidē igitur ⁊ tactu. ⁊ de fa
cere ⁊ pati dictum eſt. T.c.j. Queſtio.j.

Circa ſecundū libꝛū d̄ generatione
⁊ corruptione querit a reuerēdo ma
giſtro Marſilio Almano primo ta
lis qō. vtrū quattuoꝛ ſint qualitates
p̄me. ſ. caliditas fridit as ſiccitas. hū
pm ditas ⁊ nō plꝛes nec pauciores. ¶ Et
arguit primo ꝙ ſint pauciores. nam
nō ē niſi vna q̄litas pª. ergo ⁊c. ꝯña
tꝫ. ⁊ añs probat: qꝛ illud qō per ſup
abūdantiā dr̄ vni ſoli cōuenit. 8. topicoꝝ. modo p̄mū dr̄
2m per ſupabūdantiā: qꝛ eſt ſuplatiui gradus. ¶ Scdo. nul
la eſt qualitas p̄ma. ergo ⁊c. ꝯña tenet. ⁊ añs pꝫ. qꝛ qualibꝫ
qualitate ſenſibili iſtoꝝ inferioꝝ eſt alia prioꝛ. ſ. p̄cedēs
eam in materia. ergo ⁊c. ¶ Tertio. qualitates prime ſunt
3m tantum due. ergo ⁊c. ꝯña vr̄ tenere: ⁊ antecedēs pꝫ. qꝛ due
qualitates prime ſunt tm̄ due: ⁊ ille ſunt qualitates prime.
ergo ⁊c. Confirmatur. humiditas ⁊ ſiccitas non ſunt qua
litates prime. ergo ſolum ſunt due prime. ſ. caliditas ⁊ fri
giditas. ꝯña tenet. qꝛ ſi ſunt quattuoꝛ humiditas ⁊ ſiccitas
erūt due earum. añs pꝫ. quia humiditas ⁊ ſiccitas ſunt paſ
T.co.8. ſiue. 2° huius. ⁊ 4. methaurorū. modo tales non ſunt pri
T.co.p. me: eo ꝙ actiue ſunt priores paſſiuis ſicut agens paſſo.
¶ Confirmatur 2°. caliditas eſt cū ſiccitate: qꝛ caliditas de
ſiccat. pꝫ per experientiā ⁊ frigiditas humiditatis: qꝛ frigi
4m dum humectat. ergo ⁊c. ¶ Quarto. qualitates p̄me ſunt
tres ⁊ non plures. ergo. ꝯña tenet. ⁊ añs pꝫ. qꝛ ſunt tres: ⁊
5m vna per aduerſarium. modo vna nō eſt plures. ¶ Quin
to frigiditas non eſt qualitas p̄ma. ergo nō ſunt quattuoꝛ:
ꝯña tꝫ. ⁊ añs pꝫ. qꝛ caliditas eſt pfectioꝛ frigiditate. qꝛ pfe
ctioribus elementis conuenit. ergo frigiditas eſt minus p
fecta caliditate. ergo eſt poſterioꝛ ea. ergo nō ē p̄ma. ¶ Cō
firmatur. qꝛ frigiditas eſt priuatio caliditatis. ergo ⁊c. cō
T.c.15. ſequētia tenet. qꝛ priuatio eſt poſterioꝛ habitu. añs eſt Cō
6m mentatoris. 2. phyſi. ⁊ in 2° celi. ¶ Sexto. caliditas nō eſt
qualitas. ergo ⁊c. ꝯña tenet: ⁊ añs ꝓbatur: qꝛ caliditas ge
neratur ex aliīs prioribus qualitatibus: ſicut a luce ⁊ lumi
7m ne ⁊ motu: vt pꝫ p̄ methaurorū. ¶ Item caliditas ſequitur
raritatem in mā. ergo eſt qualitas 2ª ꝯña tenet. qꝛ eſt poſte
rioꝛ raritate: que eſt 2ª qualitas. añs pꝫ. qꝛ motus calefacit
⁊ generat caliditatem diſtrahēdo. Albertus ſuper primo
methaurorū. ergo rarefaciendo. ergo raritas precedit ca
liditatem via generationis in materia.

8m Deinde arguitur ꝙ ſunt plures iſtis: qꝛ preter illas
ſunt lux ⁊ lumen. ergo ſunt plures q̄ꝫ qua
tuoꝛ. ꝯña tenet. ⁊ añs pꝫ. qꝛ ille q̄litates ſūt celeſtes que ſūt
2m iſtis ſimplr̄ priores. ¶ Secūdo. motus celi eſt qualitas
prima. ergo ⁊c. ꝯña tenet. qꝛ ipſe non eſt aliqua illarū. añs
pꝫ. qꝛ motus celi eſt diſpō pficiens celum. ergo qualitas: ⁊
3m cōſtat ꝙ non eſt qualitas 2ª ergo eſt prima. ¶ Tertio. ra
ritas eſt qualitas prima. ergo ⁊c. ꝯña tenet. ⁊ añs pꝫ. per ra
4m tionem. ¶ Quarto. figura eſt qualitas p̄ma. ergo ⁊c. ꝯña
tenet. ⁊ añs probatur. qꝛ q̄titas cōtinua eſt nāliter p̄oꝛ his
qualitatibus: eo ꝙ a na nequeunt eſſe niſi in ſubiecto extē
ſo: vt dictum eſt primo. modo q̄titas non poteſt eſſe ſine
5m figura. ¶ Quinto grauitas ⁊ leuitas ſunt qualitates pri
me. ergo ⁊c. ꝯña tenet. ⁊ añs probatur. qꝛ ſicut ſe hꝫ mot⁹
localis ad motū alterationis: ita ſe hñt qualitates motiue
localiter ad qualitates alterationis: ſed motus localis eſt
T.c.55. prioꝛ motu alterationis: quia eſt primus motuum. 8. phy
58.⁊.57 ſicoꝝ. ergo qualitates motiue localiter ſunt priores quali
tatibus alterationis. ergo grauitas ⁊ leuitas que mouent
localiter ſunt qualitates p̄me. Item grauitas ⁊ leuitas ſūt
cauſe motus ⁊ motus caloris. ergo ſunt cauſa caloris. er
go ſunt priores calore: ⁊ tenet ꝯña prima: qꝛ quicquid eſt cā
cauſe eſt cā cauſati. ¶ Et confirmat. qꝛ ille cauſe videntur Confir.
eſſe priores que magis ſequuntur prima corpora. mō gra
uitas ⁊ leuitas magis ſequuntur naturam prioꝝ corpo
rum: qꝛ difficilius ab eis ſeparatur: facilius. n. aqua aut ter
ra caleſit q̄ꝫ leuefiat: quod etiam videt fuiſſe de intentione
Ari. qui de eis in prioribus determinauit. in tertio ⁊ quar
to celi. q̄ꝫ de alteratiuis: de quibus h̄ determinauit. ¶ Sex 6m
to. quattuoꝛ ſunt elementa ⁊ quodlibet illorum habet duas
qualitates primas. ergo ſunt octo. ꝯña tenet. ⁊ añs eſt phi T.c.16.
loſophi. ſecundo huius. ca. ſecundo. T.co.6.

In oppoſitū eſt phs in ſecūdo huius ⁊ in quar ⁊.8.
to methaurorū. In queſtione erūt T.cō.p.
quinqꝫ articuli. ¶ In primo ponende ſunt diſtinctiones.
¶ Secūdo comparande ſunt qualitates īferiores ad qua
litates celeſtes. ¶ In tertio videbitur que qualitates com
petunt elementis ⁊ que non. ¶ In quarto videbitur que
qualitates ſunt actiue ⁊ que non. ¶ In quinto videbit de
queſito. vꝫ. q̄ ⁊ quot ⁊ quo ſunt q̄litates prime ſm̄ ſpeciē.

Quantum ad primum ſit prima diſtinctio. quedā pª diſtō
ſunt qualitates ſenſibiles: vt caliditas
vel coloꝛ: ⁊ alie nō ſunt ſenſibiles: vt qualitates ſpirituales
ſpecies qualitatum ſenſibilium vel virtuales vt virtus at
tractiua ferri in magnete: ſimiliter influentie celeſtes ⁊ cō
ſimiles: hec. n. non ſentiuntur: ſed ſi ſentiuntur hoc eſt per 2ª diſtō
accidens ⁊ per effectum. ¶ Secūda diſtinctio eſt. qualita
tum inſenſibilium quedam vocantur ſpirituales: ⁊ ſunt il
le que non ſequuntur actionem qualitatum ſenſibiliū cō
trariarum in ſubiecto: ſicut ſpecies qualitatum ſenſibiliū
⁊ influentie celeſtes. Alie dicuntur virtuales: ſed non ſpiri
tuales: ⁊ ſicut eſt virtus magnetis attractiua ferri virtu
tes herbarum inſenſibiles ⁊ conſimiles. ¶ Tertia diſtin 3ª diſtō
ctio. ſenſibilium quedam ſunt ingenerabiles ⁊ incorrupti
biles: ſicut lux motus ⁊ figure celeſtium corporum. Alie
ſunt generabiles ⁊ corruptibiles: vt lux inferiorum rerum
colores ⁊ conſimilia. ¶ Quarta diſtinctio: generabilium 4ª diſtō
⁊ corruptibilium ſenſibilium alie generantur ſine actione
contrarietatis de perſe concurrente: ſed ex ſolo motu: vt fo
rme ⁊ figura. Alie generantur mediante actione contra
rietatis de pſe concurrente: vt odoꝛ coloꝛ ⁊ ſapoꝛ. ¶ Quin 5ª diſtō
ta diſtinctio. qualitatum generabilium ⁊ ſenſibilium que
dam ſunt de perſe actiue actione corruptiua: ſicut ſunt ca
liditas. frigiditas. humiditas. ⁊ ſiccitas: ſicut poſt dicetur.
Quedam vero non ſunt actiue actione corruptiua de per
ſe: ſicut ſapoꝛ odoꝛ ⁊ coloꝛ. vnde licet odoꝛ ⁊ coloꝛ agant
multiplicando ſuā ſpeciem in mediū vel in organū ſenſus:
tn̄ hoc non eſt agere corruptiue: qꝛ huiōi actio fit ſine obie
ctione cōtrarioꝝ. ¶ Sexta diſtinctio. qualitatum ſenſibi 6ª diſtō
liū alie ſunt tāgibiles: vt caliditas frigiditas: ⁊ huiōi. Alie
ſunt ſenſibiles aliīs ſenſibus: vt coloꝛ viſu percipitur. ſunt
autem tangibiles he ſeptē qualitatū ꝯtrietates calidū. fri
gidum. hūidū. ſiccū. graue leue. durū molle. groſſū ſubti
le. aſperū lene. lubricū ⁊ aridū: ad has enim oēs alie redu
cuntur. ¶ Septima diſtinctio. qualitatum ſenſibiliū que 7ª diſtō
dam ſequunt qualitates que a phō vocantur p̄me ſimplr
ſ. non mixte cum gradibꝰ qualitatum cōtrarioꝝ: vt rari
tas ⁊ leuitas ſequunt ſimpliciter caliditatē cū ſiccitate vl
humiditate: lꝫ etiam in mixtis reperiant. Alie non ſequun
tur niſi qualitates vocatas p̄mas cōmixtas: ſicut ſunt colo
res odores ſapores ⁊c. ⁊ hoc de primo.

Quātum ad 2m ſit pª ꝯ. hec q̄litates celi ſunt priores pª ꝯ
tpe ſingulis q̄litatibus ſenſibilibus de 3ª
ſpē qualitatis iſtoꝝ inferiorū. pꝫ. qꝛ ſunt ꝑpetue. ⁊ iſtorum
inferiorū qualitates ſunt corruptibiles ⁊ genite. ¶ Secun 2ª ꝯ
da concluſio. qualitates celi ſunt priores nāliter qualitati

bus ſenſibilibus iſtorū inferiorum.pꝫ.qꝛ celū eſt nobiliter ꝑoꝛ
L.c.2.ꝛ.3 ſuo cauſato.5.metaphy.ꝛ in poſtpredicamentis.mō qualita/
3ª ꝯ tes celeſtes ſunt cāe qualitatum iſtorū inferiorū. ¶ Ter
tia cōcluſio.lux que reperitur in iſtis inferioribus ſequitur
cōmixtionem qualitatū:que vocantur ꝑme adinuicē. pꝫ.
qꝛ nullum elemētum exñs in naturali diſpōne lucet. vnde
ſi flāma luceat hoc eſt.qꝛ lꝫ ſit ignis:tñ ille nō eſt in natu/
rali diſpōne:ignis.n.in naturali diſpōne nō lucet.ex quo pꝫ
ꝙ oīa hic inferius lucētia ſunt mixta qualitatiue:ꝛ ꝑ ꝯñs
lux cōſequitur mixtionē qualitatū ꝑmarum adinuicem.
Corᵐ ¶ Correlarium.lux hꝫ inferius exñs eſt q̄litas ſcđa.pꝫ per
cōcluſionem:qꝛ ſequitur mixtionem qualitatum primaꝝ
4ª ꝯ adinuicem. ¶ Quarta cōcluſio.lux celi ꝛ lux iſtorū infe
riorum differunt ſpē ſpāliſſima eſſentiali.pꝫ.qꝛ lux celi eſt
qualitas prima reſpectu iſtarū qualitatum inferiorum:ꝛ
lux iſtoꝝ inferiorum qualitas ſecunda.per dicta.mō qua/
litas prima ſimpliciter differt ſpecie ſpāliſſima eſſentiali a
5ª ꝯ qualitatibus ſecūdis ꝛ a qualitate ſecūda. ¶ Quinta cō/
cluſio probabilis.inter qualitates celi motus circularis eſt
T.c.55. qualitas prior prioritate nature q̄ʒ lux.pꝫ auctoritate phi
57.ꝛ.58 8.phyſi.motus circularis celi eſt ꝑmus motuū:ꝛ per cōſe/
quens eſt prior illuminatione ꝛ luce. ꝛ probatur ratiōe:qꝛ
illa qualitas ē prior per quā ꝑma cā imediatius agit ꝛ ma
gis ꝓprie:ſed per motum ꝑma cā magis proprie ꝛ imedia
tius agit q̄ʒ per lucem.ergo.ꝯña tenet.maior eſt nota ḋ ſe.
minor patet.qꝛ per motum primi mobilis agit cum luci/
dis celeſtibus:mouendo lucida:ꝛ applicando ea paſſiuis.
2ᵐ non ſic ecōuerſo per lucem mouet primum mobile. ¶ Se
cundo ſic.qꝛ vel motus ꝛ lux celi in cauſando referuntur
eque imediate in cauſam primā.ſ.in deum:vel vnum eorū
prius alio.non poteſt dici ꝑmum:qꝛ differūt ſpecie eſſentia
li.ꝛ per ꝯñs non eque imediate referuntur in primā cauſaꝫ:
ſi dicatur ſcđm quero.vtrū motus per prius in cauſando ī
deum referatur:ꝛ hꝫ propoſitum.vel lux:ꝛ hoc non:qꝛ pri⁹
6ª ꝯ prima cā imediate agit cum motu primi mobilis. ¶ Sex
ta cōcluſio.preter motū luceꝫ ꝛ lumen ponende ſunt qua/
litates quedaꝫ inſenſibiles multiplicate ad iſta inferiora q̄
ꝑᵐ vocanť influentie:probatur ꝑmo.qꝛ aliās celum nō eſſꝫ cā
gnationis ꝛ intēſionis frigiditatis in iſtis inferioribus:ꝯña ē
falſum:qꝛ tota virtus mundi inferioris tam caliditatis q̄ʒ
frigiditatis gubernatur a celo:primo methaurorū:ꝛ pro
batur ꝯña.qꝛ vel celum eſt cā talium per motum luceꝫ vel
lumen:ꝛ hoc non:qꝛ illa nata ſunt magis calefacere ꝛ frigi
ditatem remittere q̄ʒ eam gubernare ꝛ intendere:prout pꝫ
T.c.42 primo methaurorū ꝛ ſecūdo celi:vel eſt cā talium ꝑ vnam
talem qualitatem occultā influxā in iſta inferiora:ꝛ hꝫ ꝓ/
2ᵐ poſitum. ¶ Scđo celū cōſeruat terrā in loco nāli ꝛ nō cō
ſeruat eam ibi niſi per virtutē inſenſibilē diſtinctaꝫ a motu
T.c.48 luce ꝛ lumine.ergo.ꝯña vera. ꝯña pro ſcđa parte pꝫ.ex.4.
ꝛ.49. phyſicoꝝ.qꝛ qđlibꝫ ens naturaliť cōſeruať in ſuo loco nā/
li.ꝛ hoc nō pōt ſaluari niſi per ꝟtutē influxā illi loco a celo.
minor pꝫ.qꝛ ꝟtus celi cōſeruādo terrā eſt influxa ꝑe terre ex
motu celi ꝛ motus celi terre non influitur cum ſemper ma
neat in celo. ¶ Item illa virtus nō eſt lux vel lumen cum
terra vꝫ nāliꝰ diſpoſita de nocte cum eſt minus illumina
ta:qꝛ tunc eſt magis frigida q̄ʒ in die cū eſt magis illumi/
3ᵐ nata. ¶ Tertio celum mouet [illegible]um orbiculariter ſperaꝫ
ignis ꝛ aeris ꝛ hoc non facit niſi per talem virtutem influ/
xam ipſis.ergo.maior pꝫ.ꝑ methaurorū.minor pꝫ.qꝛ ſic nō
mouet motus celi ignē cū non intrat ſperam ignis:ſꝫ ma/
net imobilis nec per alligationē ſpere ignis cum celo:quia
ibi nulla talis eſt:vt ſuppono nec per lumē:qꝛ lumē nō eſt
ſic natum mouere.ergo facit hoc per virtutem inſenſibilē
ſpere ignis influxaꝫ diſtinctā ab his:ꝛ hꝫ ꝓpoſitum. ¶ Sꝫ
Dubiū contra ꝓbationes ſecundaꝫ inſtatur ſic fortiter.ſi celū con
ſeruaret terraꝫ per influentiā ſic multiplicataꝫ ab eo in ſpe/

ram.ſ.terre:ſequitur ꝙ terra naturaliter dꝫ aſcendere:ꝯña
eſt falſum:ꝛ tenet cōſequētia:qꝛ agens corporeum agēs ꝑ
contactum fortius agit prope q̄ʒ diſtanter a ſe.ergo influē
tie conſeruatiue terre erunt fortiores ꝓpe celum q̄ʒ in loco
terre.ergo locus verſus celum eſt magis natus conſeruare
terram.ergo terra ſemper deberet aſcendere verſus celum.
¶ Secūdo.ſi ſic ſequeretur ꝙ ignis nō cōſeruaretur in lo 2ᵐ
co ſuo naturaliter.ꝯña eſt iterum falſum. ꝛ ꝯña declaratꝛ:
qꝛ per productionem influentie cōſeruatiue terre vel aque
multiplicatur influentia a celo vſq ad ſperaꝫ terre vel aq̄.
ergo cum agens corporeum non poſſit agere in diſtā niſi
prius agat in propinquū:ſequitur ꝙ influentie conſerua
tiue terre ꝛ aque multiplicentur in ſperam ignis. ergo cuꝫ
tales ſint generatiue frigiditatis ꝛ conſeruatiue eiuſdem:ꝛ
per cōſequēs corruptiue caliditatis:ſequitur ꝙ ille recepte
in ſpera ignis ignem remittent in caliditate:ꝛ per cōſequēs
corrūpent.ergo non eſt naturaliter locatus. Iſte obiectio/
nes videntur multuꝫ difficiles:qꝛ videtur ꝙ valde arguūt
ex probabilibus.Et tamen illud qđ concludunt eſt oppo/
ſitum veritatis:quod credo Ariſto.ſimpliciter conceſſiſſe:qꝛ
ſi tota virtus mundi inferioris gubernetur a celo:ꝛ terra ꝛ
aqua gubernantur ab eo:ꝛ non niſi per virtutem influxā.
ergo ꝛc. ¶ Item cum elementa in locis ſuis naturalibus
ſint naturaliter collocata non videtur ꝙ hoc ſit niſi ratio/
ne huius influentie ibidem ea conſeruantis:qꝛ ſine dubio
ſuperficies concaua elementi ſuperioris nō naturaliter cō/
ſeruat elementum inferius cum ſibi adminus contrariet
in vna qualitate. ¶ Et ideo ſubſiſtendo huiuſmodi influē ꝑᵒ
tias premitto ꝙ ſi caliditas fortiſſime agit ita influentia ca
lefactiua:ꝛ ſicut caliditas debiliſſime reſiſtit:ita ad mini/
mam diſtantiam multiplicatur influentia calefactiua no
tabiliter:ſ.ſolum multiplicatur vſq ad ſperam aque exclu
ſiue. ¶ Secundo ſicut frigiditas fortius reſiſtit q̄ʒ calidi/ 2
tas ꝛ minus agit:ita influentia frigefactiua minus agit q̄ʒ
calefactiua.Ad maiorem tamen diſtantiaꝫ multiplicatur
ſcꝫ per totam regionem elementareꝫ. ¶ Tertio.dico ꝙ ſi/ 3
cut humiditas fortius agit q̄ʒ ſiccitas:ita influentia hu/
mectatiua fortius agit q̄ʒ deſiccatiua ꝛ ad minorē diſtātiā
multiplicatur.puta vſq ad ſperā terř excluſiue. ¶ Quar 4
to ꝙ ſicut ſiccitas maxime reſiſtit:ita influentia deſiccati/
ua ad maximam diſtantiam multiplicatur:ſed debilius
agit in eadem diſtantiam q̄ʒ influentia humectatiua per
hoc ſaluatur naturalis ſitus omnium elemētorū:qꝛ ignis
naturaliter locatur ſupertius:qꝛ ibi influentie calefactiue
maxime dñantur:ꝓpter quod influētie frigefactiue ibidē
īpediuntur ab effectu quē nata ſunt generare vel conſerua
re.Poſt illum aer:qꝛ ibi influentia eſt calefactiua eum cō/
ſeruans ꝛ fortius calefaciens q̄ʒ frigefactiua infrigidat.ſi/
militer humectatiua fortius humectat q̄ʒ deſiccatiua de/
ſiccat.Poſtea aqua:qꝛ ibi incipiunt influentie frigefacti/
ue agere:quia non multiplicantur ibideꝫ calefactiue. Po
ſtea terra:qꝛ ad diſtantiam illā ſoluꝫ intenſe multiplicanť
influentie frigefactiue ꝛ deſiccatiue:ꝛ ideo naturaliter col/ Dubiū
locatur ibidem terra. Et ſi dicatur.quare ergo influētia hu
mectatiua in ſpera ignis nō generat humiditatem corrū
pendo ignē cū fortius agat ab equali diſtantia q̄ʒ influen/
tia deſiccatiua. ¶ Reſpondetur ꝙ caliditas ꝛ influētia ca Rꝫ
lefactiua que ibi ſunt valde intenſe conſeruant ſiccitatem
ꝛ impediunt actionem actionis influentie humectatiue:ꝛ
ſic influentia deſiccatiua de per accidens ſit ibideꝫ fortior
licet de natura debet eſſe debilior. Iſte modus dicendi ap/ ad rōes
paret eſſe probabilis:ſed ſi quis poterit inuenire meliorem
dicat illum. Per hoc ſolute ſunt rationes:terra.n.non aſcē
dit:qꝛ lꝫ in locis celo ꝓpinquioribus influentie eius conſer
uatiue fortius multiplicentur:tñ ſuum effectuꝫ non poſſūt
ibidem notabiliter agere ꝓꝑ influentias contrarias quali/

tatis generate que ibidem fortius exiſtunt: ſicut ignis in loco
ſuo naturali naturaliter conſeruatur: q2 licet influentie fri
gidatiue ⁊ humectatiue ſint ibidem. tñ calefactiue ⁊ de
ſiccatiue ſunt fortiores modo predicto. ergo non generat
7ꝯ ibi frigiditas. ¶ Septima concluſio: q lux ⁊ lumen ſunt
prio2a naturaliter in cauſando q̄ʒ talis influentia. probat
q2 talis influentia fortius multiplicatur cuʒ lumine q̄ʒ ſi
ne lumine: ideo fortificatur coactione luminis: ideo lumē
agit fortificando actionem influentie. ergo concluſio vera:
cōſequētia vltima tenet. q2 cauſa in cauſando eſt naturali
ter prior cauſato. ⁊ prima cōſequentia tenet. q2 non videt
propter quid illa influentia fortius multiplicetur cū lumi
ne: niſi q2 lumen eius actionem fortificat aliquo modo: ⁊
ſecūda pña nota eſt de ſe. p3 añs. q2 expertum eſt vt dicunt
medici: q ſi radij lunares de nocte attingāt notabiliter lō
go tēpore aliquod mēbrum hoīs diſcoopertum: illud mē
brum fit paraliticuʒ: qđ nō eſt niſi q2 influentia lune infri
gidans ⁊ humectans fortiter multiplicatur cum lumine:
⁊ ſi feneſtre eſſent clauſe: ita q radij luminis non attinge
rent mēbrum nō ita fortiter agerent influentie in mēbrū: ⁊
ideo mēbro nō nocerent: qđ non vř verū: niſi q2 influentie
virtus fortificatur mediante iuuamine luminis. ¶ Item
cum inter has qualitates celi d3 eſſe ordo: et q omniū eſt
T.c.52. ordo. 12. metbaſi. vel celū per prius agit cum influentia q̄ʒ
luce: ⁊ hoc non vř: cum multo magis expta ſit actio lumi
nis q̄ʒ influētie: ⁊ iō nō vř q influentia dirigat lucida cele
ſtia ad illuminandum: vel celū per prius agit cuʒ luce q̄ʒ
Dubiu3 cum influentia: ⁊ hř propoſitum. ¶ Aliqs diceret: ꝯcum
lux ⁊ lumen lune ſint calefactiua a natura: videtur q nō
R3 fortificent influentiā ipſius frigefactiuā. ¶ Rñdetur. q l3
lux ⁊ lumē de per ſe ⁊ imediate ſint calefactiua in materia
ſuſceptibili: tñ indirecte fortificant actionē influentiarum
lune. ſ. q2 cū lumine fortius nata eſt influentiaʒ multiplica
re q̄ʒ ſine lumine. ſ. q2 mediuʒ illuminatū magis natum eſt
8ꝯ influentiam recipere q̄ʒ non illuminatum. ¶ Octaua cō
cluſio. influentie minus nate ſunt reflecti q̄ʒ lumē. p3. quia
influentie intrant profundas radices terre: ⁊ hoc lumē nō
facit ꝓpter īpedimētum per reflexiones ⁊c. pñtia t3. ⁊ añs
pro pͥma parte p3. q2 celum conſeruat terraʒ ꝓpe centruʒ.
¶ Itē: ūt eſt cā gñonis piſcium in mari ⁊ metallorū in ter
ra: qđ nō eſſet niſi intraret terraʒ ꝓfunde: ⁊ aquā. minor p3.
q2 lumen reflectiť in ſuperficie terre: ſic q non ad magnaʒ
9ꝯ diſtantiam intrat terram. ¶ Ultima cōcluſio. influētia tñ
per obſtaculū durū ⁊ non diafanuʒ quodāmodo reflectiť.
p3 per pͥmaʒ rōnem factam ad ſeptimā ꝯneʒ: ſi tu dormies
radijs lunaribus recte faciē tuā tangentibus influentie fri
gefactiue tibi nocēt notabiliter. Si autē dormias cooper
tus: ſic q radij lucis non niſi reflexi vel valde debiles faciē
tuam tangant influentie non nocebunt tibi ſenſibiliter: qđ
non eſt niſi per obſtaculum reflectens radios lucis: ⁊ ſic in
fluentie quodāmodo reflectuntur: ſed forte hoc eſt de per
accñs. ſ. quia cum lumine influentie fortiter nate ſunt mul
tiplicari: ⁊ non ſine eo: ſicut dictum erat in ſeptima conclu
ſione: ⁊ hoc de ſecundo.

Quantum ad tertium articulum vidēdū eſt: que
illarū qualitatum cōpetunt elemētis
pꝯ ⁊ que non: ⁊ quo ad hoc ſit pͥma cōcluſio. ¶ Omnes qua
litates ſenſibiles ſenſu tactus proprie cōpetunt elemētis: l3
non oēs cuilibet. cōcluſio p3. q2 qualitates ſenſibiles pro
prie ſenſu tactus ſunt caliditas que cōuenit igni. frigiditas
que cōuenit aque. humiditas que conuenit aeri: ⁊ ſiccitas
Dubiu3 que conuenit terre. ¶ Sed aliquis quereret. vtrū alie q̄li
tates tangibiles conueniunt elemētis. Reſpondetur q ele
mentis cōueniunt rarum ⁊ denſum: graue ⁊ leue: duruʒ ⁊
molle. Durum vt terre exiſtē in ſua naturali diſpoſitione ⁊
molle eidem qñ eſt extra ſuā naturalem diſpoſitionē: vnde

propter nullum aliorū elemētorū a terra dicitur molle: eo
q molle dicatur: qđ faciliter cedit prementi nō circūſtādo.
quarto methaurorū. modo ſi aliqua elementa faciliter ce
dant: prementi tamē econuerſo circūſtant: ſicut patet de
aqua: que licet cedat digito: impoſito tamē econuerſo cir
cūſtat digitum. aſperum ⁊ lene lubricum ⁊ aridum elemē
tis in naturali diſpoſitione exiſtentibus nō cōueniūt: eo q
ſunt qualitates conſequētes cōmixtionem qualitatum pri
marum adinuicem. vnde ſi terra eſſet naturaliter figura
ta: tunc eſſet perfecte ſperica: ⁊ ſic non eſſet aſpera: nec etiā
proprie eſſet leuis: q2 non eſſet plana. ¶ Secunda cōclu 2ꝯ
ſio. elementis exiſtentibus in naturali diſpoſitione non cō
ueniūt qualitates prime ſenſibiles ab alijs ſenſibilibus. p3.
q2 eis nō ꝯueniunt colores. odores. ⁊ ſapores. q2 ille ſequū
tur cōmixtionem qualitatum primarum adinuicem: que
cōmixtio repugnat elementis exiſtentibus in naturali di
ſpoſitione: quia tunc nō haberet vnam de quattuor qualita
tibus primis in ſummo. ergo ⁊c. pñtia t3. ⁊ añs: q2 ille qua
litates ſequunť cōmixtionem qualitatū primarū. p3. q2 vi
demus q q̄nto eſt aliquid propinquius puro elemento: tāto
minus h3 de his qualitatibus: vt quāto aq̄ eſt purior: tāto
eſt minus ſapida q̄ʒ aq̄ maris: q2 aq̄ maris eſt magis com
mixta: ⁊ iterū videmus q ex alia ⁊ alia ꝓportione quali
tatum pͥmaruʒ adinuiceʒ mutanť colores. ſapores. ⁊ odo
res. in mixtis: qđ nō vř eſſe: niſi q2 ille qualitates cōſequūn
tur cōmixtionem. ¶ Sed cōtra hāc cōcluſionē arguiť: q2 Dubiu3
ſi terra in naturali diſpōne nō haberet colorem: ipſa nō eē
ſic viſibilis ꝯñs vř falſum. cuʒ ſit valde dēſa ⁊ nō diafana.
ꝯña tenet. q2 nihil videť non pticipans colorem vel luceʒ:
terra nō eſt lucida. ¶ Item ſcdo: q2 phs dicit in de ſenſu ⁊ 2
ſenſato. q oīa corpora colore participāt. ergo ⁊ elementa.
¶ Tertio phs in lib. de coloribus attribuit elemētis colo 3
res. vnde dicit aquam eſſe albam. ¶ Quarto cōtra dicit 4
q aqua eſt dulcis: ⁊ vř phs velle in de ſenſu ⁊ ſenſato q
nō eſſet niſi haberet ſaporem. ¶ Quinto ſi colores nō eſ 5
ſent in elemētis: ſequitur q album generaretur ⁊ nō gene
raretur ex ꝯrio: ⁊ ſic gñatio albi nō erit vera alteratio. ꝯña
pro pͥma pte eſt cōtra phm. pͦ phyſi. dicētem q album ge
neratur ex nigro. ⁊ pro ſecūda eſt cōtra phm. 5ͦ phyſicoꝝ. t.c.47.
dicētē: q oīs motus ad qualitatē ē alteratio. ⁊ nō genera T.c.18.
tio albi eſt motus ad qualitatē. ⁊ t3 ꝯſequētia. q2 ſi genera
retur mixtuʒ albuʒ ex elīs ipſum nō generaretur ex nigro.
per ꝯneʒ: q2 in elīs nullus eſt color. ¶ Item cū alteratio
ſit mutatio in qualitatibus cōtrarijs vel medijs in primo T.c.21.
huius: ⁊ ideo ſi nō generatur albedo ex contrario vel me
dio. ſequeretur ergo q ī generatione albi non eſt alteratio.
¶ Sexto in mixto variatur frequēter proportio qualita 6m
tum pͥmarum adinuicem: ⁊ tñ nō mutatur color. ergo co
lor nō ſequitur proportionem illarum. ꝯña tenet. ⁊ añs p3.
q2 nō op3 ſi paries calefiat magis q̄ʒ qñ fuit calidus: q ꝓp
hoc mutet colorem. ¶ Ad primum illorū reſpondetur ne Ad pm
gādo cōſequētiam. Ad probationeʒ dř: q l3 terra exiſtēs
in naturali diſpoſitione non eſſet viſibilis colore vel luce. ſ.
proprie: tamē videť per reflexionem radiorum lucis: ſicut
ſpeculum: ⁊ ideo apparet colorata. ¶ Ad ſecūdū dicitur: Ad 2m
q phs in de ſenſu capit coloreʒ large pro luce lumine ⁊ co
lore ſtricte accepto: vt ſit ſenſus. oīa corpora colore partici
pāt. i. participāt colore lumine vel luce: ⁊ hoc de ſe: vel per
reflexioneʒ: vel poteſt dici q voluit: q omnia corpora par
ticipant colore: loquendo de mixtis ⁊ elementis: quia ſup
ponit q elementa non eſſent in ſua naturali diſpoſitione:
⁊ ſic aliquo modo eſſent colorata. ¶ Per hoc reſpōdetur Ad 3m
ad tertium: q colorem non attribuit phs elementis puris
qualitatiue: ſed quodāmodo ſimilibus: ſic dicit aquam. ſ.
ſimilem aque eſſe album. ¶ Ad quartum dicitur q dul Ad 4m
ce frequenter accipitur pro inſipido: ⁊ ſic aqua in naturali

diſpōne dr̄ dulcis. alio modo pōt dici: q aqua pura nō eſt
dulcis: ſed aqua mixta: ꝛ q de illa intellexit pħs: q eſt dul
Ad 5m cis. ℭ Ad quintum dr̄. q non eſt incōueniens q color vl̄
ſapor in generatione mixti nouꝰ generetur ex elementis: ꝛ
T.c.47 non generetur ex cōtrarijs. Et ad pħm p̄ phyſi. dr̄ q voluit
q color generatur ex ɔ̄rio vel medio: capiendo ɔ̄rium lar
ge: prout extendit ſe ad priuatiue oppoſita. ſic albū gene
ratur ex albedine priuatiue: vel q eſt qn̄ in eodem exiſtēte hoc
aliquid ꝛ mixto vnus color generatur: ꝛ tunc corrūpitur
alter: ꝛ ſic album generatur ex nigro vel medio colore co
lorato. Ad illud autem quod additur: q tunc generatio
albedinis non eſſet alteratio aliqui concedunt ɔ̄ñaꝫ ꝛ ɔ̄ñs:
T.c.21. capiendo alterationem ſtricte: ſicut diffinitur primo hu(iu)ſ:
ſed eſt alteratio large dicta: q eſt mutatio in qualitate. ali
ter poteſt q eſt alteratio proprie dicta: q licet non ſit de cō
T.c.18. trario in contrarium: eſt tñ a minori albedine ad maiorē:
ad 6m ꝛ illam vocat pħs de ɔ̄rio in cōtrarium in 5° phyſi. ℭ Ad
ſextum dicitur. q proportionis mutatio in qualitatibꝰ pri
mis pōt fieri dupl̄r. Uno modo p̄manenter: ꝛ ſic q nō ſuf
ficit cōpoſitū ſe ad illaꝫ ꝓportionem reducere complete in
qua fuit ante: ꝛ ſic ſine dubio mutant̄ colores. Alio mō re
mittitur diſpoſitiue ꝛ non permanenter: ſic q mixtum ſta
tim poſt ſe reducit ad priorem proportionem: ꝛ ad illā va
riationem non ſequitur mutatio coloris. Et per hoc pꝫ qd
ſit dicendum ad argumentum factum de pariete.

Quantum ad 4m articulū reſtat videre que qua
litates ſunt actiue ꝛ que nō: ꝛ intelligā
tur ɔ̄nes de actione reali: q̄ eſt cū ɔ̄rietate: q de actōe ſpūa
p°ɔ̄ li nō ꝓpono loq hic. ℭ Sit p̄ma cōcluſio hec. qualitates
ſenſibiles diſtincte cōtra tangibiles non ſunt ꝓprie actiue:
pꝫ inductiue: q nō vr̄ q nigredo habeat corrūpere albedi
Dubiuꝫ nem vel ecōuerſo. ſil̄r in odoribus ꝛ ſaporibus. ℭ Sed cō
tra. lux que eſt ꝓprie viſibilis calefacit. vt dictū eſt. ergo cō
cluſio falſa. ℭ Itē vr̄ q ſi amarū ꝛ dulce inuicem miſcean
Ad p̄m tur q dulcedo remittet amaritudinē ꝛ econuerſo. ℭ Ad
primū dr̄. q verum eſt q lux eſt generatiua caloris: ſed tñ
non dr̄ q̄litas actiua cū ɔ̄rietate: q non repugnat deperire
Ad 2m frigiditatē: ꝛ iō nō vr̄ eſſe cōtra dicta. ℭ Ad ſcōm dr̄. q in
tali mixtione illi ſapores nō remittent ſe: ſꝫ cā ſue. puta pro
portiones qualitatū primaꝝ adinuicem: ad quas ꝓportio
nes cōſequunt̄ hmōi ſapores. variata. n. per mixtionē huiꝰ
2°ɔ̄ ꝓportione variat̄ etiā ſapor. ℭ Scōa ɔ̄. ſunt aliquę qua
litates inſenſibiles que ſunt generatiue caliditatis ꝛ frigi
ditatis. pꝫ. q qualitates virtuales quas medici ponunt in
mixtis ſunt generatiue caliditatis: vt virtuales qualitates
piperis vel vini. et aliq̄ ſunt generatiue frigiditatis: vt qua
litates v̄tuales papaueris vel opij. Item lumen eſt genera
tiuum caloris ſimpl̄r: ꝛ influentie celeſtes inſenſibiles: pp
qd notanter dictum fuit in p̄cedenti ɔ̄ne: q actiōe proprie
dicta alie q̄litates a tangibilibus non ſunt actiue. ſ. actione
que eſt cum abiectione ɔ̄rij: licet. n. he qualitates virtuales
3°ɔ̄ agant: tñ non agunt in ſuū ɔ̄riuꝫ. ℭ Tertia cōcluſio: qua
litatum tangibilium ſolū quatuor. ſ. in ſpē ſunt actiue. ſ. ca
liditas. frigiditas. humiditas: ꝛ ſiccitas illa actione: q du
rum nō agit in molle vel lubricū l aridū quāuiſcūq iuxta
ponantur inuicē. ſil̄r iudicat̄ in alijs qualitatibus tangibi
libus: ꝛ ſi dicatur q grauitas ꝛ leuitas ſunt actiue: q ſunt
motiue localiter. ℭ R̄ndetur q de actione motiua local̄r
non eſt ad pħo cōſideratio: q in p̄n° eſt p̄miſſum q intelli
gende ſunt ɔ̄nes de actione reali: que eſt cū abiectione ɔ̄rij.
modo leue poſitū iuxta graue per leuitatem grauitatē nō
corrūpit: nec ecōuerſo. ſi ergo econuerſo grauitas remittit̄
a leui hoc non eſt actione leuitatis: ſed caliditatis.

p°ɔ̄ Quātum ad q̄ntum articulū reſtat videre de queſi
tor: ꝛ q̄ſitū ad hoc ſit p̄ma cōcluſio. Ille q̄
tuor q̄litates. caliditas. frigiditas ꝛc. nō ſūt qualitates pri
me ſimpl̄r. pꝫ. q alie ſunt priores. ſ. alie qualitates celeſtes:
vt patuit in p̄mo articulo. ℭ Secūda cōcluſio. inter qua 2°ɔ̄
litates ſenſibiles cōuenientes generabilibus inq̄tum gene
rabilia: ipſe ſunt priores ordine. pꝫ. q ipſe p̄cedūt alias cau
ſalitate: vt poſt dicetur: q actione earum generantur alie
in ſimplicibus ꝛ mixtis. ergo concluſio vera. ℭ Tertia ɔ̄. 3°ɔ̄
inter qualitates ſenſibiles generabilibus conuenientes ille
ſunt priores cāſitate. pꝫ. ille ſunt cauſe aliarum: ex actione
n. caliditatis. frigiditatis. ſiccitatis. ꝛ humiditatis. generā
tur qualitates alie ſenſibiles generabilibus conuenientes:
vt caliditatem ꝛ ſiccitatem ſequitur leuitas ꝛ raritas: vt in
aere ꝛ in igne. cōſimiliter dicatur de alijs qualitatibus ſen
ſibilibus: alie. n. qualitates inter ſe non agunt: ꝛ ideo non
generant ſibi ſimilia in ſua actione: ſed cū generant in mi
xtis colores ſapores odores ꝛ ſilia: grauitas leuitas ꝛ alie
hmōi qualitates: hoc eſt actione illaꝝ quatuor. ℭ Corre
larium. q nō oēs q̄litates tangibiles ſunt priores alijs cāli
tate. pꝫ. q nō ſunt p̄ora grauitas ꝛ leuitas ꝛ alie hꝫ ɔ̄rieta
tes tāgibiles p̄ter duas ɔ̄rietates dictas: p̄ter q̄ꝫ colores vel
ſaporis. q ita bñ ꝓducunt̄ a p̄mis per actionē ipſaꝝ: ſicut
colores vel ſapores. ℭ Quarta ɔ̄. ille q̄tuor ſunt priores 4°ɔ̄
alijs: vt diſpōnes neceſſario req̄ſite ad hoc q alie l ſubiecto
ſint vel reperiantur in eo nāl̄r. pꝫ. q ſunt cāe aliarū ꝛ nō ecō
uerſo. mō cāturm p̄ſupponit ſuā cām. ℭ Quinta ɔ̄. īter q̄li 5°ɔ̄
tates proprie ſenſibiles generabilibus cōuenientes he qua
tuor ſunt priores ꝛ p̄fectione ꝛ p̄ncipalitate. pꝫ. q produ
cunt ꝛ cōſeruant alias qualitates ſenſibiles ꝛ non ecōuer
ſo. mō ꝓducēs ꝛ cōſeruās vr̄ eſſe p̄fectius ꝛ p̄ncipalius nō
ꝓducente nec cōſeruante. Et notanter dr̄ inter qualitates
proprie ſenſibiles: q nō opꝫ q ſint p̄ores perfectione quali
tatibus v̄tualibus: vel organizationibus repertis in mixto:
imo magis vr̄ q ille ſunt p̄ores: q p̄fectiorem nām conſe
quunt̄: ꝛ ſolum in magis p̄fectis reperiūtur: ꝛ notum eſt.
ℭ Sexta ɔ̄. ille quatuor ſunt priores: vt in pluribus alijs 6°ɔ̄
qualitatibus ſenſibilibus conuenientibus ḡñabilibus via
cōitatis. pꝫ. q reperiunt̄ in mixtis: ꝛ in elis multe alie: vt ſa
pores colores: lubricitas ꝛ ariditas ꝛ ɔ̄ſiles ſolū reperiunt̄
in mixtis. Notanter dr̄ vt in pluribus. q veriſile eſt q gra
uitas leuitas: ariditas ꝛ ſiccitas: dēſitas ꝛ opacitas ꝛ diaſ
fanitas ſint eque cōes ſicut iſte. ℭ Septima concluſio: ille 7°ɔ̄
quatuor ſunt multis alijs p̄ores via ſimplicitatis. pꝫ. quia
cōueniunt elementis ſimplicibus: ꝛ multe alie nō ſunt ſic
vt colores ſapores ꝛc. ℭ Octaua ɔ̄cluſio. ille ſunt priores 8°ɔ̄
vt in pluribus ſaporibus: coloribus: odoribus tempore. pꝫ.
quia cum mixta generantur ex elementis. ille qualitates
precedunt tempore colores: ſapores: ꝛ odores generatos in
mixtis. cum ipſe ante fuerint in elementis: ꝛ colores ſapo
res non. ℭ Ultima concluſio. q inter qualitates proprie 9°ɔ̄
ſenſibiles conuenientes generabilibus: ſub ratione qua ge
nerabilia ſunt: quatuor ſunt qualitates prime: ꝛ non plu
res nec pauciores. Ad iſtum intellectum q ſunt quatuor
ſpecies eſſentiales non coincidentes in ſignificando om
nes qualitates primas proprie ſenſibiles conuenientes ge
nerabilibus inquātum generabilia ſunt conſignificantes:
in quas ille terminus qualitas proprie ſenſibilis inquan
tum conueniens generabilibus ꝛ corruptibilibus imedia
te diuiditur: ꝛ non plures nec pauciores. ſ. illa caliditas fri
giditas ꝛc. Iſta concluſio patebit ſoluendo rationes in cō
trarium factas. Et dicitur notanter in concluſione qua
tuor ſpecies eſſentiales: quia forte multe ſunt alie ſpecies:
qualitatis prime accidentaliter ſignificantes. Dicitur non
coincidentes ꝛc. quia coincidentes ſunt plures. Dicitur cō
uenientes generabilibus ꝛc. ad excludendum qualitates
celeſtes. Dicitur proprie ſenſibiles ad excludendum orga
nizationes ꝛ aliquas tales qualitates que forte via per
fectionis ſunt iſtis priores: licet iſte ſint cauſe earum.

Dubium ¶ Sȝ inſtabit quis.d.videt ꝙ nulle qualitates generabi-
lium ſint his priores perfectione: q2 ille generant alias ⁊
ſunt cauſe aliarū: vt dictum eſt. modo generās ⁊ cauſa nō
R° debet eſſe minus perfectum ꝙ̄ genitū. ¶ Dicitur ꝙ hoc
verum eſt de agente principali: ⁊ cā ꝑncipali. modo forte
ita eſt ꝙ ille quatuor qualitates reſpectu organizationis
⁊ aliarum qualitatum primarū perfectarū non ſunt ꝑnci
pia agentia: imo nūꝙ̄ talia agerēt niſi virtute alterius ad
tales qualitates principaliter agentes: ⁊ ideo non generan
tur organa in lapidibus vel metallis: q2 nō dirigunt ibidē
ſicut in aialibus ⁊ in animatis magis perfectis.

Ad p^m **Deinde** rñdetur ad rōnes. ad primaȝ negeť ꝙ inter qualitates tāgibiles non ſit niſi vna quali-
tas prīa. Ad auctoritatē ph̄i dr̄ ꝙ nomē ſuꝑlatiuū qñꝙ
negatiue exponiť: vt ꝑmū quo nihil eſt ꝑus. qualitas pri-
ma qua nulla eſt prior: ⁊ ſic natū eſt bene pluribus cōue
nire: ſed ſi exponiť affirmatiue.i.omni q̄litate prior: ſic nō
Ad 2^m cōueniret niſi vni: in ꝓpoſito vero teneť negatiue. ¶ Ad
ſcðm negetur: ꝙ nulla eſt q̄litas prima. Et ad ꝓbationes
dr̄: ꝙ lȝ caliditas ſequať aliā qualitatē prīa exiſtentem in
materia.ſ.frigiditatē: tñ illa non generet eam: imo genera
tionē eius īpedit: ⁊ ideo reſpectu caliditatis qualitas tan-
gibilis in mā nō dȝ dici qualitas ꝑma. vnde breuiter cali-
ditas ⁊ alie qualitates tangibiles non dicunť prime: ex eo
ꝙ eas nō ꝑcedunt alie in mā: ſed potius eo ꝙ naturali ge-
neratione ipſe ſunt cauſe aliarū qualitatum tāgibiliū: ſed
Ad 3^m nō econuerſo. ¶ Ad tertiū dr̄ ꝯcedēdo. ꝙ alique qualita
tes prime ſunt tantum due: ſed cum hoc ſtat ꝙ quatuor
ſunt qualitates prime ad intellectum dictum in quinto ar
ticulo. ¶ Ad confirmationem dicitur ꝙ humiditas ⁊ ſic
citas ſunt qualitates prime ⁊ iterum ꝙ non ſunt ſoluȝ paſ
ſiue: ſed etiā actiue: licet non ita fortiter agant ſicut calidi-
T.co.ꝑ. tas ⁊ frigiditas. ¶ Ad phyloſophuȝ quarto methauro-
T.cō.8. rum. ⁊ ſecundo huius. dicť ꝙ vocat illas paſſiuas: q2 ma
gis appet ī eis virtus remiſſa. que tȝ ſe ex pte paſſiui ꝙ̄ vir-
tus actiua: que tenet ſe ex pte agentis: per quā alie dicunť
actiue: q2 fortius apparent agere ꝙ̄ reſiſtere: ⁊ de hoc plus
dicetur in ſequenti queſtione. ¶ Ad aliam confirmatio-
nem dicitur ꝙ caliditas euaporando partes humidas eſt
cauſa ſiccitatis de per accñs: ⁊ eodem modo frigiditas hu
miditatis: ſed de pſe nulla illaꝝ qualitatū reduciť ad aliā
Ad 4^m tanꝙ̄ in priorē. ¶ Ad quartuȝ ꝯceditur. ꝙ q̄litates ꝑme
ſunt tres ⁊ nō plures copulatim: q2 ſunt tres ⁊ nō vna: ſȝ tñ
Ad 5^m cum hoc ſtat ꝙ ſunt quatuor ꝓut notum eſt. ¶ Ad qn-
tum negeť ꝙ frigiditas nō eſt qualitas. Et ad ꝓbationem
ꝯceditur: ꝙ frigitas dr̄ īperfectior caliditate. ⁊ ꝯceditur
ꝯſiter ꝙ via perfectiōis caliditas eſt prior aliquo modo: cū
hoc tñ ſtat ꝙ caliditas reſpectu frigiditatis non debet dici
prima ſimplr̄: q2 non eſt cā eius de pſe plus ꝙ̄ econtra. nec
ordine nature frigiditas reducitur in caliditatē. ſicut nec
econtra ſimilr̄ qualitates ſecūde: ita bene reducūtur in fri
giditatem: ſicut in caliditatē: ⁊ ideo vna eoꝝ non dicitur
proprie prior alia. ¶ Ad cōfirmationē negetur. ꝙ frigidi
tas ſit ꝑuatio: ⁊ ad Cōmētatorem dr̄ ꝙ cepit ꝑuationem
large. puta ꝓut forma minus perfecta dr̄ ꝑuatio reſpectu
forme magis pfecte: ⁊ ſic frigiditas vl̄ nigredo pōt dici pri
Ad 6^m uatio. ¶ Ad ſextū negetur. ꝙ caliditas nō eſt qualitas ꝑ°
inter tangibiles. Et ad probationem ꝯcedič: ꝙ ſimpliciter
loquēdo alie.ſ.lux ⁊ lumē ſunt ꝑores: ſed ille non ꝯueniūt
gñabilibus inquātum ſunt gñabilia: ⁊ iō de illis non eſt
Ad 7^m ad pñs. ¶ Ad 7^m dr̄. ꝙ gñatione naturali caliditas dȝ ꝑ-
Rꝫ ſolius corrũpiꝉ elemẽtũ. ℂ R̃ndeꝉ ꝙ lȝ ille ꝯñtie valerẽt finitis exñtibus q̃litatib⁹ in elemẽtis: tñ īfinitis exñtib⁹ nõ valerẽt: qꝛ ſm ꝑmã rõnẽ gcgd q̃litates vnius obtinerẽt ſuper q̃litates alteri⁹. adhuc reſiſtitiua tot⁹ alteri⁹ tñ valet ſicut ṽtus actiua ꝑmi. qꝛ eẽt infinita vt dictũ eſt. ⁊ tõ nunq̃ corrũperetur nec ſuperareꝉ. nec eſt illud incõueniẽs: qꝛ lȝ in quolibet tpe finito numerus dieꝝ eſt maioꝛ q̃ numerus annoꝝ: tñ ſi eſſet vnũ tẽpus infinitũ in eo nõ eẽnt plures dies q̃ anni. ſic ẽt quelibet qualitas finit⁹ ẽ ṽtutis vni⁹ ſuperaret ſuã ꝯriam alterius: tñ ṽtus actiua īfinita vnius nõ ſuperaret virtutẽ reſiſtiuã alterius infinitã. ⁊ ſecũdũ ſecundã diceret ꝙ lȝ finitis q̃litatibus exiſtẽtibus in re ad vnius corruptionẽ res corrũpitur: tñ nõ ſic eẽt ī infinitis: eo ꝙ alie qualitates īfinite remanẽtes plus ſufficerent res cõſeruare q̃ vna vel due ſufficerent corrũpere.

Ad rationes ꝑncipales. ad ꝑmũ dĩ ꝙ elemẽta
Ad pᵐ capiẽdo ea pro ꝑncipiis intrinſecis nõ ſunt ꝯtraria: ⁊ ſic nõ accipitur in ꝓpoſito: ſed capiendo elementa pro re nãli inter res generabiles ⁊ corruptibiles magis ſimplices. ſic oĩa elementa habẽt cõtrarietatem: ſicut dictũ eſt in poſitione. Iſta autem deſcriptio elemẽti: q̃ adducitur: intelligitur ſm dicta prius in queſtione de nu
Ad 2ᵐ mero elemẽtoꝝ. ℂ Ad ſcõm dĩ ꝙ numerus cõtrarietatũ nõ ſeq̃tur numerũ elemẽtoꝝ: qꝛ q̃diu elemẽta ſunt finita ſemper ſunt pauciores cõtrarietates q̃ elementa: ⁊ ſi īfinita fierẽt. tũc adhuc pꝛopꝛie maximus numerus ꝯrietatuȝ nõ ſeq̃tur maximũ numeꝝ elementorum: qꝛ nullius eſſet

maximus numerus nec vnius nec alterius. 2° dī ꝙ quā
ticunqꝫ elementa eſſent infinita: ꝯtrarietates eſſent infinite:
qꝛ finite ꝯtrarietates non facerent niſi finitas cōbinationes:
⁊ tales nō ſufficerēt pro infinitis elemētis ſpecie diſtictis.
nec eſt mirū de iſtis: qꝛ in oī tēpore finito annos ⁊ dies in
cludente multo plures ſunt dies ꝙ̄ anni: ſed ſi infiniti fie
rent dies in aliquo tēpore: in iſto fierēt infiniti anni: eo ꝙ
infiniti dies infinitos annos cōſtituerēt: ⁊ ſic non eēnt plu
res dies ꝙ̄ anni: ſilr eſt in propoſito: ⁊ ꝓp hoc negaſ illud:
qḋ aſſumitur: ꝙ ſtat elemēta eſſe īfinita ⁊ ſolū ꝯtrietates eē
Ad 3m finitas. addito hoc ꝙ oīa elemēta debēt eē ꝯ̄ria. ℭ Ad 3m
dī per idē: ꝙ nullū infinitū eſt maius alio. 2° ꝙ oīum ꝯtrie
tatum finitarū plures ſunt ꝯbinationes ꝙ̄ ꝯtrietates. Ter
tio ꝙ infinitarū ꝯtrietatū nō ſunt plures cōmutationes ꝙ̄
ꝯtrietates: ſicut infiniti dies cathe⁹ nō ſunt plures dies ꝙ̄
Ad 4m anni. ℭ Ad q̄rtū dī ꝙ ſi illa que nālr ſunt plura ꝙ̄talibꝫ
multiplicenſ finite: nō ꝓp hoc tñ opꝫ ſꝫ numerū multipli
cari pauciora nāliter: ſed ſi in īfinitū multiplicarenſ ſecus
eēt: qꝛ dies nālr ſunt plures annis: ⁊ tñ ſi in īfinitū ꝯ̄te⁹
Ad 5m multiplicarenſ dies: ſilr multiplicarenſ āni. ℭ Ad qntuꝫ
dī ꝙ nō eſt ſile de mixtis: qꝛ mixta nō determinant ſibi ꝯ
trietates ſimplices: ſicut elemēta: ſufficit enim mixta diſtin
gui per eaſdē cōtrarietates primas ſm magis ⁊ mi⁹. nō
ſic eſt de elemētis. opꝫ enim qḋlꝫ elm̄ hēat vnū extremorū
vnius ꝯtrietatuꝫ in ſūmo: ſi ſit in nālr diſpōne: ⁊ iō negatur
ꝯ̄ntia: que formatur in ſ̄in⁹ rōnis arguēdo a mixtis ad ele
Ad 6m mēta. ℭ Ad ſextū dī ꝙ illa ꝯ̄ña tꝫ. per hoc mediū: ꝙ oīa
elta diſtincta ſpēꝫ hñt diuerſas cōbinationes ꝯtrietatū:
⁊ finite ꝯtrietates nō faciūt īfinitas cōbinatiōes diuerſas.
igitur ſi infinita ſunt elemēta diuerſarū ſpēꝫ opꝫ contra
rietates eē infinitas. ⁊ pōt reduci ꝯ̄ña ad locuꝫ a diuiſione:
qꝛ vel infinita elemēta hēbēt ſolū ꝯtrietates finitas vel infi
nitas: ſed nō hñt ſolum finitas. ergo infinitas: ⁊ hic eſt locus
Ad 7m a diuiſione. ℭ Ad ſeptimū dicit ꝙ veruꝫ eſt ꝙ qḋlibet ele
mentoꝝ hēret īfinitas q̄litates. ⁊ negeſ ꝙ vnū elm̄ poſſet
oībus ꝯtrariari ſm vnā qualitateꝫ ſm magis ⁊ minus. nam
opꝫ ꝙ elemētū habeat qualitatū ſuarū aliquā in ſūmo ⁊
aliā remiſſam a ſūmo. modo ſm nullā talē poſſet infini
tis eque ꝓ ꝯtrariari. ℭ Ad rōnē poſt opp^m dī ꝙ eſt pro q̄r
ta cōcluſione primi articuli. ⁊ hoc de q̄ōne.

ℭ Omnia enim mixta corpora quecūqꝫ cir
ca locum ſunt ex omnibus compoſita ſunt
ſimplicibus. Tex. cō. xlix. Qō. xiij.

Queritur decimotertio. Utrꝫ qḋlꝫ mi
xtū reſidēs circa mediū locū
pm ſit cōpoſitū ex oībus ſimplicib⁹. ℭ Et argui
tur ꝙ nō. qꝛ forme eltoꝝ nō manēt ī mixto.
ḡ nullū mixtū cōponiſ ex ſimplicib⁹. ꝯ̄ña tꝫ.
qꝛ mixtū nō eſt cōpoſitū niſi ex his que ſunt in eo. añs pa
q.22. 2m tet ꝑ dicta in ꝑmo hui⁹. ℭ Scḋo multa ſunt mixta in ſun
do maris: ⁊ talia nō cōponunſ ex igne. igiſ ⁊c. ꝯ̄ña tꝫ. qꝛ
ignis eſt vnū ipſoꝝ ſimplicū: ⁊ añs apparet: qꝛ ſi ibidē eēt
ignis: vī ꝙ ſtatim corrūperetur ꝓp nimiū dominiū aque
3m ſibi ꝯ̄rie circūſtātis. ℭ Tertio. aliqua ſunt mixta in qbus
nō ſunt elemēta leuia. igiſ nō ſunt cōpoſita ex oīb⁹ ſimpli
cibus. ꝯ̄ña tꝫ. añs appꝫ: qꝛ multa ſunt mixta grauiora ꝙ̄
terra: qḋ nō eſſe poſſet ſi in eis eēnt elemēta leuia: cū terra
ſit graue ſimplex. aſſumptū experimur de plūbo vel auro.
4m trahit eniꝫ terrā ſurſuꝫ in equali quantitate. ℭ Quarto.
in auro nō eſt aliqḋ aque. igiſ ⁊c. ꝯ̄ña tꝫ. ⁊ añs declaratur:
qꝛ auꝝ durat lōgiſſimo tēpore ſine corruptione ⁊ diuiſio
ne in igne: qḋ eſſe nō poſſet ſi in eo eſſet aliqḋ aque: qꝛ ignis
fortiſſimus ꝓpter cōtrarietatē vtriqꝫ reſolueret ⁊ corrūpe
ret illud aque: ⁊ ex ꝯ̄ñti corrūperet auꝝ: ⁊ ſic non duraret.
5m ℭ Quinto aliq̄ ſunt mixta ſolū cōpoſita ex terra ⁊ igne:
ſimiliter aliq̄ ſunt cōpoſita ex aqua ⁊ aere ſoluꝫ. ergo non
oīa ſunt cōpoſita ex oībus ſimplicibus. ꝯ̄ña tꝫ. ⁊ añs appa
ret. de exalationibus ſiccis in qbus nō vidētur eſſe aliqua
elemēta niſi terra ⁊ ignis: ⁊ ſilr de exalationibus humidis
in qbus nō vidētur eē niſi elemēta humida. ℭ Sexto. fre 6m
quenter gn̄antur mixta vbi nullus ignis actualis concur
rit. igitur talia nō generātur ex oībus ſimplicibus. ꝯ̄ña tꝫ.
de ſe: ⁊ añs apparet de aīalibus: que generātur infra terrā
⁊ ſupra terrā per putrefactionē. nam ad taliū generatio
nem nullus ignis cōcurrit: ꝓut videſ patere per experien
tiam. ⁊ ꝓbaſ rōne: qꝛ facilius eſt gn̄are tantā caliditatē ꝙ̄
ta ſufficit ad eſſe aīalis ꝙ̄ tantā quātaꝫ reqriſ ad eē ignis.
igitur ꝓp gn̄ōnem aīalis fruſtra oporteret hic inferi⁹ gn̄a
ri ignē. ꝯ̄ña tꝫ. qꝛ ꝙ ꝑ minus pōt fieri: fruſtra pōt fieri per
maius. añs notum eſt: minor eniꝫ caliditas ſufficit pro ge
neratione aīalis ꝙ̄ pro gn̄ōne ignis. ℭ Septimo. non mi 7m
nus pōt mixtū gn̄ari ex vno elemēto ꝙ̄ ex q̄tuor. igiſ non
oē gn̄atur ex q̄tuor. ꝯ̄ña tꝫ. ⁊ añs apparet: qꝛ in mixto ni
hil de ſubā elemētoꝝ manet niſi mā: mō eq bñ pōt vnum
elemētū ām̄in ſtrare mām pro gn̄ōne mixti: ſic q̄tuor. igi
tur ⁊c. ℭ Octauo. nō oēs q̄litates elemētoꝝ manēt ī mi 8m
xto. igiſ nec manēt oīa ſimplicia. ꝯ̄ña tꝫ. qꝛ ſi elemēta debēt
manere hoc eſt ꝑncipaliter ꝓp manere ſuas q̄litates. añs
pꝫ. qꝛ ſi oēs q̄litates motiue elemētoꝝ manerent in mixto
vbicūqꝫ mixtū ponereſ ipſum deberet quieſcere: qḋ falſuꝫ
eſt. pꝫ ꝯ̄ña. qꝛ vbicūqꝫ poneretur aliqua ſuaruꝫ qualitatū
motiuarū eſſet ibi naturaliter collocata: eo ꝙ haberet om
nium elemētorum qualitates motiuas.

In oppoſitum eſt philoſophus ſecūdo hui⁹. capitulo ſeptimo. T.c.49.

ℭ In iſta q̄ōne erūt duo articuli. In ꝑ videbunſ q̄dam no
tabilia ⁊ diſtinctiones. Et in ſcḋo rñdebiſ ad q̄ſitū.

Quantum ad ꝑmū ꝑ nota ꝙ ſꝫ quoſdā duplicia pm nōm
ſunt mixta: q̄dā ſunt imꝑfecta: ſicut il
la: que ſolū cōponunſ ex duob⁹ elīis. vt vapor ex aq̄ ⁊ ae
re. exalatio ſicca ex igne ⁊ terra. Alia ſunt ꝑfecta: ſicut hō
⁊ aſin⁹ mixta reſidētia circa mediū locū: ⁊ ſi petaſ vtrum
vapor ⁊ exalatio ſint vere ſubālr mixta. dī ꝙ aliq dicunt
ꝙ ſic: ſicut pꝫ ex diſtōne. Aliq̄ dicunt ꝯ̄trariū. ſ. ſemꝑ vapores
eſſe aquā vel aerem ſubaliter ⁊ ſemꝑ exalationē eſſe igneꝫ
vel terrā: ⁊ his magis credo. ℭ Scḋo nōnduꝫ eſt ꝙ ſiue 2m nōm
dicaſ vno mō ſiue alio mō nihil refert ad ꝑſñs. rō eſt: qꝛ in
q̄ōne ſolū queriſ de mixtis reſidētibus circa mediū locū.
modo ſiue hō mixta ſint ſiue nō ſint ipſa nō videnſ reſidē
tia circa mediū locū: īmo aſcēdūt vt experimur: ⁊ iō ea ad
eſſe ꝑſens nihil variāt. ℭ Tertio nō. ꝙ hic per ſimplicia 3m nōm
intelligunſ q̄tuor elemēta. ſ. ignis aer ⁊c. capiſ. n. hic ſim
plex pro re nāli gn̄abili inter res gn̄abiles ⁊ corruptibiles
magis ſimplex. ℭ Quarto nota ꝙ per mediū locū in ti 4m nō.m
tulo q̄ōnis intelligiſ terra: que mediū eſt per eque diſtan
tia a celo: ⁊ ēt media in tēperamēto qualitatū ꝑmaruꝫ: qꝛ
magis ſunt q̄litates ꝑme circa terrā ad mediuꝫ reducte ꝙ̄
alibi: vt ſit ſenſus. vtrū mixta reſidentia circa terraꝫ ⁊ ge
ſcentia nāliter circa eā ſint cōpoſita ex omnibus ſimplici
bus. ℭ Quīto nota. ꝙ in titulo q̄ōnis ly oībus diſtribuit 5m nōm
titulū hūc ſimplicibus pro ſingulis ſpēb⁹ generꝫ: ⁊ nō pro
ſingulis īdiuiduis ſpēꝫ. pꝫ. qꝛ nō eſt dubiū ex igne exiſte ī
ſua ſpera nullū mixtū cōponi. eſt igiſ ſenſus tituli. vtrꝫ qḋ
libet mixtū ⁊c. cōponiſ ex cuiuſlꝫ ſpēi q̄tuor eltoꝝ aliquo
ſimplici. ℭ Sexto. nota. ꝙ cū mlti ſint modi ponēdi elta 6m nōm
manere in mixto: qḋ tractāda eſt ſm modū alias tractatū
in q̄ōnib⁹ ꝑmis: quo dicebatur elīta nō manere in mixto in q.22.
actu: ſed ſm q̄litates ſuas ad mediū reductas. quapꝑ dicū
tur manere in ꝟtute. ℭ 7° nōndum eſt. ꝙ ſm illuꝫ modū 7m nōm
adhuc pōt qḋ ītelligi duplr: vno mō ꝙ in mixto ſunt qua
tuor elīta mō ꝑdicto ſ. ſint virtutes q̄tuor eltoꝝ ad mediū

reducte.alio mō q̄ q̄tuor elēta regrant̄ pro gn̄ōne mixti.
8m nōn ¶ Octauo nota.q̄ loquēdo de virtutibus elťoꝝ remanē
tibus in mixto pōt intelligi de virtutib⁹ alteratiuis vel de
9m nōn virtutibus motiuis localiter. ¶ Nono notādū eſt.q̄ q̄ñ
mixtū hꝫ hō virtutes nāliter:tunc dr̄ ſubāliter mixtū:ſed
q̄ñ hꝫ eas violēter dr̄ mixtū q̄litatiue:ꝛ ſic elēta pñt eſſe
mixta:q2 pñt hr̄e hō qualitates eltoꝝ. oēs mixtas violen
xm nōn ter. ¶ Decimo nōndū eſt.q̄ forme ſubāles eltoꝝ nō ma
q.22. nent in mixto.pꝫ ex dictis in p̄ hᵒ. Et hoc de p̄.

pª ꝯ Quantum ad ſcđm ſit pma cōcluſio.mixtū non
cōponit̄ ex ſimplicib⁹ formalr̄ in eo re
manētibus.apparet p vltimū notabile:q2 forme eltorum
2ª ꝯ nō manēt in mixto. ¶ Scđa ꝯ.ſi mixtū dꝫ dici cōpoſitum
ex ſimplicib⁹:opꝫ q̄ hoc ſit ex ſimplicibus virtualiter ſo
lum in eo remanētibus.apparet per concluſionem prece
dentē:q2 nō dr̄ ex eis cōponi tanq̄ actu remanētibus.igit̄
3ª ꝯ ſolū v̄tualr̄. De ēt cōcluſiones patēt ex 6ᵒ notabili. ¶ Ter
tia cōcluſio.mixtū cōponi ex ſimplicibus eſt ad eius gene
rationem virtualr̄ vel actualr̄ concurrere ſimplicia:ꝛ vir
tualiter ꝑ ꝑmanēciā ſuaꝝ qualitatū reductarū ad mediū
aliquod in aliquo mixto genito remanere.pꝫ per cōcluſio
nem precedētē:q2 nō dr̄ cōponi ex ſimplicibus:eo q̄ talia
actu in eo permanēt.igitur ſolū ex eis dr̄ cōponi tanq̄ vir
4ª ꝯ. tualiter remanētibus in eo:qđ eſt propoſitū. ¶ Quarta
cōcluſio.ex ſolū vno elťo per actionē eius ꝓpriā nequit ge
nerari mixtū.pꝫ.q2 ad mixti gn̄ōnem ex elēto regritur eiᵘ
elementi corruptio.modo nunq̄ vnū elētoꝝ corrūperet
5ª ꝯ ſeipſum. ¶ Quinta cōcluſio.ex ſolū duobus elemētis nō
habētibus ſimbolū nō cōcurrente alio extrinſeco māꝫ il
lorum elētoꝝ vltra virtutē ꝓpriā ipſoꝝ imediate diſpo
nente:neq̄ fieri mixtū.pbat̄ ſic.ꝓpoſitis duob⁹ elētis nō ha
bētibus ſimbolū vt terra ꝛ aere:vel vnū eoꝝ ſuperat aliō
ſimplr̄:ꝛ ꝑfecte in ambabus q̄litatib⁹ vel ſuperat ſimplr̄ in
vna:ꝛ ſuperatur ſimplr̄ in alia.vel vnuꝫ eoꝝ ſuperat ſim
pliciter ſolū in vna:ꝛ in neutra ſuperat̄.vel nullū eoꝝ ſim
pliciter ſuperat aliud in aliqua ſuarū qualitatū:ſꝫ neutro
mō per actionē ipſoꝝ pōt gn̄ari mixtū.ergo ꝯcluſio vera.
ꝯña tꝫ.añs pro pma pte ſufficiēti diuiſione:ꝛ pro ſcđa pte
declarat̄:q2 ſi pmo mō habeāt ſe ſuperās cōuerteret aliud
in ſui nām.ſi ſcđo modo gn̄abitur tertiū elētū ꝛ ipſa am
bo corrūpentur.ſi tertio mō ſicut ſit in poris montiuꝫ vbi
terra ſuperat aerē in vna qualitate tm̄ ꝛ in neutra ſupat.
tunc itēꝝ gn̄atur tertiū elemētū.vt in mōtibus aere corru
pto ſit aqua fontiū. Si ſcđo modo tūc neutrū eoꝝ corrū
pitur:ꝛ per ꝯñs nullo modo ſit mixtū. ¶ Dicit̄ notāter nō
cōcurrente ꝛc̄.q2 nolo negare ſi aſpectus celi cōcurreret:
ꝛ imediate māꝫ duoꝝ elementoꝝ pro alicuius mixti ge
neratione diſponeret: qn ex duobus:imo ſic ex vno poſſet
6ª ꝯ fieri mixtū. ¶ Sexta ꝯ.ex ſolū duobus elemētis hn̄tibus
ſimbolū nō ꝯcurrente alio agēte extrinſeco imediate ma
teriā ipſoꝝ diſponēte non pōt fieri mixtuꝫ.apparet:q2 vel
vnum eoꝝ notabiliter ſuperat aliud:vel reliquū ꝛ nō ecō
uerſo:ꝛ tunc illud ꝯuertet aliud in ſui nām vel qđlibet eo
rum in agēdo notabiliter ſuperat reliquuꝫ:ꝛ tunc ex quo
nō agunt niſi per vnā qualitatum ſtatim adequabunt ſe
in iſta qualitate,ſic q̄ vlterius non notabiliter poterunt
agere:ꝛ ſic neutrū illoꝝ corrūpetur vel ſalteꝫ vna ſiet mul
tum dominans alteri:ꝛ tūc iteruꝫ aliud cōuertet in ſui na
turam elemētū:vel pñt ſe tertio mō hr̄e.ſ.q̄ neutrū in acti
uitate notabilr̄ obtinet ſup reliquū:ꝛ ſic non ſiet alicuius
eoꝝ corruptio.ꝛ per ꝯñs nullo mō pñt ſe hr̄e ſic q̄ genere
tur per actionē propriā eoꝝ mixtū. ¶ Item breuius ꝓbat
tur cōcluſio.q2 inter elēta hn̄tia ſimbolū qualitas ſimbo
la nō remittit̄.ergo iſta manet ꝑfecta vel valde intēſa:mō
ſub qualitate tm̄ intēſa:ſicut ipſa eſt ꝯueniēs elťo:nō vide
tur poſſe fieri mixtū.ergo ſolū ex duob⁹ elētis hn̄tib⁹ ſimbo
lum nō pōt fieri mixtū nō cōcurrente ꝛc̄.ꝯña tꝫ.maior pꝫ.
q2 qualitas ſimbola vtriq̄ eſt conueniēs:ideo nō ēēt ratio
quare remitteret̄.minor pꝫ.q2 mixtū videt̄ ſibi pro ſui ge
neratione preſupponere oēs qualitates primas magis re
miſſas q̄ ipſe ꝯueniūt elētis in ſua nāli diſpōe. ¶ Septi 7ª ꝯ
ma ꝯcło ponit̄ vt ꝓbabilis.ex ſolū tribus elētis nō cōcur
rente extrinſeco diſponēte māꝫ imediate nō pōt fieri mix
tum.probat̄:q2 qualitercūq̄ cōbinent̄ duo ipſoruꝫ habe
bunt ſimbolū in qualitate actiua:ꝛ ita ſuperabūt tertiū:ꝛ
cōuertent in ſui nām.ꝛ per ꝯñs nō gn̄abit̄ mixtū. ¶ Octa 8ª ꝯ
ua ꝯcło.q̄ñ mixtū dꝫ generari ex elemētis alteratiōe pro
pria eltoꝝ inuicē ſine alio extrinſeco immediate māꝫ eo
rum diſponēte:reqrit̄ ꝯcurſus q̄tuor elemētoꝝ actu.pꝫ ꝑ
ꝯnes precedētes:q2 ex vno ſeu duobus vel ēt ex trib⁹ fieri
nō pōt.vt ꝓbatū eſt. ¶ Nona concło.poſſibile eſt gn̄ari 9ª ꝯ
mixtū imediate ex vno elēto imediate:nō cōcurrēte alicu
ius alterius elemēti vel mixti ſubāli corruptione.probat̄
ſic.ex ſola terra corrupta pōt fieri aliqđ mixtū.ergo ꝯcło
vera.ꝯña tꝫ.añs probat̄.q2 ſi per aſpectus celi ex ſola ter
ra non poſſet fieri mixtum vel hoc eſſet ex defectu māe vel
ex defectu diſpōnum qualitatiuarū.nullo mō pōt dici.er
go ꝛc̄.maior pꝫ a ſufficienti diuiſione:q2 ſi ex terra corru
pta nō poteſt.opꝫ in altero dictorum defectioneꝫ eſſe. Si
enim mā ſit ſufficiēs ꝛ diſpō qualitatiua māe introducta:
ſimiliter vtiq̄ generabit̄ mixtū.minor pꝫ. Primo enī mā
nō deficit:q2 terra habet materiam ſufficiētē. Secūdo nec
defectus eſt in diſpōne materie. Primo enim non eſt defe
ctus in frigiditate ꝛ ſiccitate:q2 ſatis abūdat ille in terra:
nec etiaꝫ defectus in humiditate ꝛ caliditate:q2 ſol ꝛ aſpe
ctus celi ſufficienter poterunt illa in materiam terre ge
nerare. Item ſol poterit terram ſufficiēter calefacere:ꝛ aq̄
dominans ſupra terram poterit eam ſufficiēter humecta
re.igitur minor eſt vera. ¶ Correlariū.non opꝫ omne mix Cor.m
tum imediate genitū ex elemento vel elementis gn̄ari om
nibus elemētis actualr̄ ꝯcurrētibus.ſeqtur ex ꝯne. ¶ 10ᵃ xª ꝯ
cōcluſio.tale mixtū ſic genitū ex vnius ſolius elemēti cor
ruptione virtualr̄ adhuc gn̄atur ex oībus elemētis. ꝓbat̄
ſic.tale mixtū nō gn̄atur niſi oībus qualitatibus pmis ad
mediū reductis māꝫ diſponentibus pro eius gn̄ōne:ideo
virtualiter generat̄ ex oībus elementis.ꝯña tꝫ.q2 cōcurrē
tibus caliditate ꝛ ſiccitate pro diſpōne materie:virtualiter
dr̄ cōcurrere ignis:eo q̄ ille ſunt q̄litates nāles ipſiᵘ ignis:
ꝛ ꝯcurrētibus caliditate ꝛ humiditate ꝛc̄.virtualr̄ dr̄ con
currere aer.cōcurrētibus frigiditate ꝛ humiditate aq̄ di
citur virtualr̄ ꝯcurrere.ꝛ ꝯcurrētibus frigiditate ꝛ ſicci
tate dr̄ virtualiter concurrere terra:ꝛ ideo ſi oēs qualitates
prime in ſpē concurrūt diſponēdo māꝫ in gn̄ōne hō mix
ti adhuc illud mixtū gn̄atur ex oībus elemētis virtualr̄:
quare illa ꝯña fuit bona.añs pꝫ.q2 impoſſibile eſt mixtuꝫ
gn̄ari ſub aliqua qualitatū.ſ.pmarū ſūma:eo q̄ tūc mix
tum eſſet ſimplex.ſicut elemētum:imo citius generaretur
vel cōſeruaretur illud elementū:cui illa qualitas pma in
ſūmo ꝯueniret.igit̄ opꝫ q̄ qualitas pma ſub qua genera
tur ſit remiſſa:ꝛ non eſt remiſſa:per prius dicta niſi per re
miſſionem graduū qualitatis oppoſite.igit̄ opꝫ q̄ ipſum
generetur ex oībus q̄litatibus pmis in ſpē ad medium ali
qualiter reductis:ꝛ hoc fuit añs. ¶ Undecima cōcluſio.
omne mixtū reſidēs circa mediū locū eſt compoſitum ex xiª ꝯ
oībus ſimplicibus virtualiter in eo remanētibus.ꝓbat̄ ex
ꝑcedētē:q2 in omni mixto manēt quatuor qualitates pri
me ad mediū reducte.igitur v̄tualiter in omni mixto ma
nent oīa ſimplicia.ꝯña tenet.ꝛ añs declaratur:ſicut in ꝑ
cedenti cōcluſione. ¶ Item ſecundo.in omni mixto ma
nent qualitates motiue quatuor elementoruꝫ.igitur vir
tualiter manent oīa ſimplicia.ꝯſequentia tenet.q2 quali
tates motiue ſunt ſpāles virtutes ſimplicium.añs apparet:

qꝛ in omni mixto maxime manent caliditas ⁊ ſiccitas:ad
quas ſeqtur leuitas ignea:manēt caliditas ⁊ humiditas:
ad q̄s ſeqtur leuitas aerea.manent frigiditas ⁊ humidi-
tas:ad q̄s ſequitur grauitas aque:manēt frigiditas ⁊ ſic
citas:ad q̄s ſeqtur grauitas terre. Hec ē͡t ꝯcluſio poſſet
T.c.49. ꝓbari duab⁹ rōnibus ph̄i.in littera:ſed omitto ꝓpter bre-
12ª ꝯ uitatem. ¶ Duodecima ꝯ ponitur ꝯſimilis de generatio
ne mixtoꝝ:ſicut precedens eſt poſita de cōpoſitione.ꝙ ad
cuiuſlibet mixti ſubſtātialē gn̄ationē opʒ concurrere vir
tualiter oīa ſimplicia.probatur eiſdē medijs:qbus proba
Co:m tur precedēs. Ex qbus ꝯcluſionibus ſeqtur correlariuʒ:
ꝙ omne mixtū reſidens circa mediū locū eſt compoſitum
ex oībus ſimplicibus virtualiter:ſed nō actualiter ꝯcur-
Dubiū rentibus ad eius generationeʒ.pʒ ex dictis. ¶ Diceret ali-
quis.ꝑꝑ quid terra in oībus vel ſalteʒ in pluribus mixtis
R̷ ꝑfectis dn̄atur:cū tn̄ ipſa ſit viliſſimū elemētoꝛuʒ. ¶ Re-
ſpōdetur dupl'r.vno modo ꝙ natura ſagax ingeniauit h̃
propter ſalutem mixtoꝝ:eo ꝙ paruʒ de elementis calidis
per fortem actionē caloꝛis eſt magis actiuū q̄ʒ multuʒ de
terra eſt frigefactiuū:ideo ſi dominarētur elemēta calida
in pondere ipſa eēnt nimie actionis ſeu calefactionis:⁊ ſic
R̷ alis corrumperēt totū frigidū:⁊ periret mixtum. ¶ Aliter dī
ꝙ locus circa terrā eſt tēperatus q̄ſi ſufficienter calidus ꝑ
rarefactionē ⁊ reflexione radioꝝ lucis:⁊ ſufficienter frigi
dus actione elementoꝝ frigidoꝛū:⁊ ideo mixta indigent
temperie qualitatū pꝛimarū.ingeniauit natura vt eēnt in
loco temperato.ſ.circa terraʒ:⁊ hoc eſſe non poſſet niſi in
oībus dominaretur terra. Et hoc de ſecūdo.

Ad p^m His premiſſis reſpondetur ad rōnes. ¶ Ad
pꝛimaʒ dī ꝙ eſt pro ꝑma ꝯclo-
ne ex dictis in correlarijs reſpōſiuis poſt oēs ꝯcluſiones.
Ad 2^m ¶ Ad ſcōm dicit̄ ꝙ mixta in fundo maris exiſtentia vir-
tualiter cōponuntur ex igne.n̄ ſ in eis eſt caliditas aliqua
lis cum ſiccitate que ſunt qualitates ignis:ĩmo medianti
bus qbus intenſis exiſtētibus mixtis poſſet iterū generari
ignis. Et ad impꝛobationeʒ dī:ꝙ iſte caliditates ⁊ ſiccita-
tes non corrumpūtur ab aqua circūſtante:qꝛ conſeruan-
Ad 3^m tur a formis ſubſtantialibus mixtoꝝ:quibus ipſe conue-
niunt.alr̄ corrumperentur. ¶ Ad tertiū dicitur ꝙ nulla
ſunt mixta ita grauia:ſicut terra ſi eſſet ita in nāli diſpoſi-
tione. ¶ Secundo dicit̄ ꝙ metalla bene grauioꝛa ſunt q̄ʒ
terra:que eſt apud nos:qꝛ illa nō eſt nālr diſpoſita:imo a
radijs ſolaribus eſt nimis leuificata:⁊ ideo adhuc in plū-
bo ⁊ auro ſunt elemēta leuia:qꝛ terra naturaliter diſpoſi-
Ad 4^m ta eſſet grauioꝛ eis. ¶ Ad quartū negatur ꝙ in auro nō
ſit virtualiter aqua. Ad probationē dicitur ꝙ auruʒ lōgo
tēpoꝛe durat in igne propter tēperatam eius mixtioneʒ ⁊
cōſeruationē forme ſubālis auri cōſeruantis humiditateʒ
⁊ frigiditatē auri.eſt enim maioꝛis virtutis in cōſeruādo
frigiditatē ⁊ humiditatem tantā ꝙ ſub eis pōt ꝑmanere:
q̄ʒ ignis in corrūpēdo eaſdē:⁊ hoc ſpālr ꝓp cōpactionē
Ad 5^m mā: auri ⁊ vniformē mixtionē eiuſdem. ¶ Ad qntuʒ de
mixtis imꝑfectis ſi que ſint talia pʒ quid ſit dicenduʒ per
Ad 6^m notabilia. ¶ Ad ſextū dicit̄ ꝙ eſt pro nona concluſione ⁊
Ad 7^m eius correlario. ¶ Ad ſeptimū dī cōcedendo ꝙ eque bn̄ ꝑ
nām pōt mixtū gn̄ari ex vno elemento actualr̄ ꝯcurrēte:
ſicut ex quatuoꝛ:ſicut rō arguit:ſed tn̄ hꝰ gn̄atio erit vir-
tualiter ex oībus elemētis:prout dictū eſt in ꝯcluſione de
cima.⁊ propter hoc dī mixtum ſemper generari ex q̄tuoꝛ
Dub^m elemētis. ¶ Et ſi dī.ſi mixtū pōt ſic eque bene generari ex
vno ſicut ex quatuoꝛ:ſeqtur ꝙ natura ſuperflue ꝓduxit
quatuoꝛ elemēta.ꝯñs eſt falſum.⁊ ꝯña tenet.qꝛ non vide
tur ea produxiſſe niſi propter mixta:⁊ eoꝝ gn̄ōnem.mo-
do iſtū finem totaliter ⁊ equaliter ꝯſequi poſſet non exi-
R̷ ſtente niſi vno elemēto. ¶ Reſpōdetur negando ꝯñtiam.
Et ad probationē eius dī dupl'r.vno modo ꝙ per actionē
propriā elemētoꝝ nō ꝯcurrente alio imediate māʒ elemētoꝝ
diſponēte:nō pōt generari mixtū niſi ex q̄tuoꝛ:vt dictum
eſt in ꝯclone octaua:⁊ iō qꝛ non ſemꝑ ꝯcurrit aliud diſpo
nens mām elementoꝝ:imediate pro gn̄ōne mixti nā inge-
niauit ꝙ eſſent quatuoꝛ. ¶ Aliter dī ⁊ melius ꝙ nā non
ſolū produxit elemēta ꝓpter mixta:ſed ꝓꝑ decoꝛē vniuer-
ſi ⁊ ipſius ꝑfectionē:⁊ ideo fundamētū probationis ꝯñē
falſum. ¶ Ad octauū dī ꝙ oēs qualitates taʒ alteratiue Ad 8^m
q̄ʒ motiue in ſpē manēt in mixto:vt dictū eſt in ꝯcluſiōe
vndecima. Ad improbationē dī ꝙ nō opʒ ꝙ mixtū vbicū
ꝙ ponatur quieſcat:qꝛ lʒ vbicunqʒ ponatur mixtū ſuarū
qualitatum motiuaruʒ aliqua eſſent in loco nāli:tn̄ forte
mixtū non quieſceret:qꝛ nō eſt natuʒ moueri ſm exigētiā
illius qualitatis motiue exiſtētis in loco nāli:ſed alterum
predominātiū in trahēdo:⁊ ꝓpter hoc mouebit̄. ¶ Rō
poſt oppoſitū eſt pro duab⁹ vltimis ꝯnibus:⁊ eoruʒ corre
larijs. Et hec de iſta queſtione ſufficiant.

¶ Amplius autem ⁊ potentias attribuunt corpori. Tex.cō.liiij. Qō.xiiij.

Queritur decimoq̄rto. Utruʒ qualita
tes actiue ſint pꝛincipia actiua p̄ncipalia in gn̄atiōe mixti ex elementis. p^m
¶ Et arguitur ꝙ ſic.illa ſunt pꝛincipia actiua p̄ncipalia gn̄ōnis mixti:qbus poſitis po-
nitur actio:⁊ qbus nō poſitis nō ponit̄ actio:ſed ſic eſt de
q̄litatibus p̄mis:igit̄ ⁊c̄.maioꝛ pʒ de ſe.minoꝛ manifeſta ē
per experiētiā:qꝛ vbicunqʒ ponit̄ caliditas ſiue in ferro ſi
ue in igne ipſa calefacit applicata calefactibili:⁊ qn̄ ipſa
nō ponitur nō fit calefactio.vn̄ ſi ignis non haberet caldi
tatem ipſe nō calefaceret. ¶ 2° illa ſunt p̄n⁹ actiua in gn̄ō 2^m
ne mixti per que elēta agūt ⁊ patiunt̄ adinuicē:ſʒ elemen
ta agūt ⁊ patiunt̄ adinuicē per q̄litates p̄mas.igit̄ ⁊c̄.ma
ioꝛ pʒ.qꝛ illa ſunt p̄n⁹ actiua corruptionis elētoꝝ ⁊ gn̄ō-
nis mixtoꝝ.tʒ ꝯña.qꝛ eadē ſunt agētia corrūpētia elēta ⁊
gn̄atiua mixta.minoꝛ pʒ de ſe. ¶ 3° illa ſunt p̄n⁹ actiua in 3^m
gn̄ōne mixti:ſm quoꝝ pꝛopoꝛtionē aliā ⁊ aliā gn̄ant̄ alia
⁊ alia mixta:ſed ſm pꝛopoꝛtionē q̄litatū pꝛimaꝝ aliaʒ ⁊
aliā gn̄ant̄ alia ⁊ alia mixta.ergo ⁊c̄.maioꝛ pʒ.qꝛ ſuppoſi
ta idētitate mā̄e effectus non diuerſificat̄ niſi ꝓpter diuer
ſitatem agētiū:ſicut tradit̄ a Cōmentatoꝛe 8° metaph̄.mi Cō.12.
noꝛ pʒ.per ph̄m.ſcōo huius.cap.7°. ¶ Cōfirmat̄ aucto- T.c.49.
ritate Ar.in de ſenſu:vbi dicit ꝙ ignis nō agit inquantū Confir.
ignis:ſʒ inquātū calidus:iō videt̄ velle ꝙ caliditas eſt p̄n-
cipalius cā actionis ignis:⁊ per ꝯñs principale principiuʒ
actiuū. ¶ Quarto.qualitates p̄me ſunt cauſe generatio- 4^m
nis mixti ⁊ nō ſunt cāe alie q̄ʒ actiue:igit̄ ſunt p̄ncipia acti
ua in gn̄ōne mixti.ꝯña tenet.aña pro p̄ma parte pʒ.qꝛ nū
q̄ʒ generaret̄ mixtū niſi ꝯcurrerent q̄litates pꝛime.⁊ hoc
nō videt̄ eſſe niſi aliquo modo eēt cauſa totalis genera-
tionis.minoꝛ nota eſt inducēdo in ſingulis alijs generib⁹
cauſarū.non enim ſunt cauſe māles:qꝛ non ſunt mā̄e ſub-
ſtantie.nec cauſe foꝛmales gn̄ationis:qꝛ generatio eſt ipſi
me foꝛme:nec eſt cauſa finalis:qꝛ precedūt generationes
in mā.⁊ ideo ſunt finis gratia cui⁹ fit generatio. ¶ Quin 5^m
to.ad duplationē caliditatis ſequitur duplatio effect⁹.igi-
tur caliditas eſt cauſa p̄ncipalis.ꝯña tenet.qꝛ hec videtur
cauſa p̄ncipalis effectus ad cuius duplationem : ſequitur
duplatio effectus.aña probatur.qꝛ ſi ignis cum tanta ca-
liditate producit tātū:cum ſubdupla non produceret niſi
ſubduplū.ergo. ¶ Sexto.illud agēs ad cui⁹ variationem 6^m
variat̄ effectus:eſt magis p̄ncipale q̄ʒ illud agēs ad cuius
variationē nō variat̄ effectus:ſed ad variationē q̄litatum
primarū variatur effectus:⁊ ad variationem ignis vel ele
mentorum ſubſtantialiter non variatur effectus:igitur ⁊c̄.
maioꝛ rationis videt̄ de ſe nota.minoꝛ apparet. qꝛ ſi cali-

ditas variaretur in generatione ignis vel animalis ſic ꝙ ipſa nō concurreret variaretur effectus: ſed ſi alia variarentur ſeruata caliditate: vt ſi caliditas ſumma poneret in ferro ⁊ nō in igne equalr caleſaceret: ⁊ equaliter produceret effectus prout experimur.

7m ℂ Septimo. ſi alicubi accñtis pncipalr agunt tunc ſic dȝ poni vbiqȝ: ſed alicubi agūt pncipaliter. igit ⁊c̄. maior videt nota: qꝛ non eſt potior ratio in vno loco ꝙ̄ in alio. minor pȝ. in ſacramento altaris vbi nō minus faciunt accidētia per ſe repta ſine ſubo ꝙ̄ in pane ſaciebant vbi ſtabant in ſubiecto. ergo ⁊c̄.

T.c.54. t.55. **In oppoſitum** videtur eē pħs ſcōo hui9 cap 8o. vbi reprobat antiq̄s ponentes cām gnōnis eſſe caliditatē ⁊ frigiditatem.

ℂ In iſta q̄ōne erūt duo articuli. In p̄ riſdebit ad q̄ſitum. In ſcōo remouebūtur dubia vt vident ꝯria.

pm nōm **Quantum** ad p̄m p̄ nō. ꝙ ſm pħm ſunt duplices cāe agētes: q̄dā eēntialr ordinate: alie accñtaliter. Eſſentialr ordinate dñr: quoꝝ poſterior depēdet in eē ⁊ in agere a priori: ſic ꝙ ipſa nec poſſet eē nec agere niſi exiſtēte priori agēte. Cauſe accidentaliter ordinate dicunt quoꝝ poſterior nō dependet in eē ⁊ agere a priori:

2m nōm vt pater ⁊ filius ſunt cauſe agentes. ℂ Scōo nota. ꝙ alique ſunt pncipales. alique inſtrumētales. pncipales reſpectu aliarū dicūtur: que dirigūt alias in agendo ⁊ ꝯſeruāt eaſdē: vt faber reſpectu mallei. vnde p̄ma cā. ſ. deus eſt cauſa agēs ſimplr principalis qꝛ ipſa dirigit oīa alia: ⁊ a nullo dirigit. Alia vō agētia reſpectu ſuoꝝ inferioꝝ pncipalia pñt dicīt: reſpectu primi agētis oīa ſunt inſtrumentalia. Inſtrumētales cauſe dicunt que ab aliīs pncipalibus cōſeruant ⁊ dirigunt in agēdo: vt malleus reſpectu fabri. vn̄ oīa reſpectu p̄me cauſe inſtrumentales dicunt.

3m nōm ℂ Tertio eſt notādū. ꝙ adhuc circum agentiū alie ſunt mediate alie immediate: immediate que agunt in paſſum ſine alio coagente medio. mediate vō que agūt mediāte aliquo alio

4m nōm coagēte. ℂ Quarto nō. ꝙ in agētibus eſſentialr ſubordinatis nālr loquēdo: p̄ma non pōt agere cū infima niſi coagētibus oībus mediīs. de hoc magis dicet poſt. pȝ. qꝛ nunq̄ diceret pħs p̄mā cām poſſe agere cū ſorte ⁊ berta, gñando filiū niſi celum coageret. ⁊ p̄ ꝯſequēs niſi coagerent omnes cauſe medie eſſentialiter ſubordinate.

p̄a ꝯ̄ **His premiſſis** ſit prima concluſio. nullū accidens in virtute ꝓpria ꝓducit aliud accñs. probat. qꝛ q̄cq̄d accñs producit: ꝓducit virtute agentiū ſuperioꝝ. igit cōcluſio vera. ꝯña tȝ. ⁊ añs apparet. qꝛ accidēs dependet in eē ⁊ in agere ab agentib9 ſuperioribus. ⁊ per ꝯñs quicq̄d ꝓducit facit virtute ſupioꝝ

Dubm agētiū a q̄bus depēdet. ℂ Sed ꝯ̄ videtur ꝙ ſit illud principalis cā caliditatis vel effectus cui effectus magis aſſimilatur: ſed caliditas magis aſſimilatur caliditati: ⁊ accidens accidēti. igit ⁊c̄. maior videt nota. qꝛ agēs agit

Rc propter aſſimilare ſibi paſſum. minor nota eſt de ſe. ℂ Reſpōdetur negādo maiorē: imo effectus cōiter magis aſſimilatur inſtrumētali agenti ꝙ̄ pncipali: q̄ꝛ enim p̄ma cā ſit in omni actione agēs pncipaliſſimū: tñ minime ei aſſimilant effectus. Et ad ꝓbationē dī ꝙ illud dictū. agēs agit propter aſſimilare ſibi paſſum. vel intelligit de qualitatib9 primis ſolū: vel de his agētibus inferiorib9. ſupiora enim agētia nō agūt propter aſſimilare ſibi paſſum prout notū

2a ꝯ̄ eſt. ℂ Scōa ꝯ̄. nullū accidens in virtute proprie ꝓducit aliquā ſubam. probat. qꝛ magis vident ꝓducere accidens ꝙ̄ ſubam: ſed nequeūt in virtute propria ꝓducere accñs. igitur nec ſubam. tenet ꝯña. maior pȝ. qꝛ accidēs ſimili9 eſt accidēti ꝙ̄ ſube. ēt qꝛ faciliꝰ eſt producere accidēs ꝙ̄

Confir ſubam. minor pȝ. per cōcluſionē precedentē. ℂ Et confirmatur. qꝛ ſi in virtute ꝓpria producere ſubam tūc daret altari maiorē perfectionem ꝙ̄ ipſummet haberet. ⁊ ſic vltra gradū proprium ageret: qd̄ nō eſt poſſe. apparet. n. agēs eſſe preſtātius paſſo. ⁊ tenet ꝯña. qꝛ daret perfectionem ſube quecūq̄ ſit illa. modo pfectio ſube eſt maior ꝙ̄ quecunq̄ pfectio accidētis. ℂ Tertia ꝯ̄. q̄litates elm̄torū non ſunt 3a ꝯ̄
principia actiua pncipalia in gnōne mixtoꝝ. probat ſic. qꝛ agēs pncipale alicuius effectus dȝ eē nobilius vel eq̄ nobile: ſicut eſt effectus illorū. maior nota eſt. qꝛ ſicut dictum eſt. agēs pncipale nō pōt dare vltra illud qd̄ habet actu. minor eſt pħi 7o metapħ. ſuba enim prior eſt accidēte T.c.4.
pfectione. ℂ Scōo accñs non pōt in virtute ꝓpria produ t.47.
cere aliud accñs. igit nec eſt agens pncipale in gnōne ſub 2m
ſtantie. maior pȝ. ⁊ ꝯña tenet. qꝛ magis videt poſſe producere accidens vt agēs pncipale ꝙ̄ ſubam. ℂ Quarta con 4a ꝯ̄.
cluſio. forme ſubales elemētoꝝ nō ſunt agētia ſubordinata in gnōne mixtoꝝ. probat ſic. frequēter pñt gñari mixta formis elementoꝝ actiue nō cōcurrentibus: igitur non ſunt agētia ſubordinata in gnōne eoꝝ. ꝯña tȝ. per quartū notabile. añs apparet in gnōne aialiū per putrefactionē terre. ibi. n. nō ꝯcurrunt actiue elementa: imo pncipalr celum cū ſuis aſpectibus. ℂ Scōo forme elemētoꝝ: quan 2m
do agūt ad gnōnem mixti pure accñtaliter concurrūt in iſta gnōne. igitur nō ſunt agētia ſubordinata. ꝯña tenet. qꝛ agētia ſubordinata in ſuoꝝ effectuū productione de p̄ ſe cōcurrūt. añs apparet. qꝛ forme elemētoꝝ nullo mō intendūt gñare mixta: ſed ſua actione forte ſi agūt ad extra intēdūt gñare ſibi ſilia: ⁊ pp̄ hoc agūt. ℂ Tertio. ignis in 3m
gnōne ignis nō eſt agēs ſubordinatū. igitur nec in gnōne mixti. ꝯña tenet. qꝛ magis videt ibi eē cauſa ſubordinata ꝙ̄ alibi. añs apparet. qꝛ ignis frequenter generatur immediate a celo cū lumine: vt p̄ reflexionē a ſpeculo ꝯcauo nullo igne cōcurrente ad generationē: quod eē nō poſſet naturaliter ſi in gnōne ignis forma ſubalis eēt cauſa agens ſubordinata. ℂ Quinta cōcluſio. celū. intelligētie: ⁊ p̄m 5a ꝯ̄
agēs ſeu p̄ma cā ſunt pncipales ⁊ ſubordinate in gnōne mixtoꝝ: loquendo nālr. pȝ. qꝛ mixta gñantur ab aliq̄bus tanq̄ a cauſis pncipalibus ⁊ nō generāt a formis elemētoꝝ: vt dicit ꝯ̄ precedēs. nec a q̄litatibus eoꝝ: vt dicit tertia ꝯ̄. igit nō videtur a quo generētur principalr niſi a celo ⁊ intelligētijs: ⁊ prima cā. ℂ Cōfirmatur ꝯ̄ auctori Confir
tate pħi p̄ metheoroꝝ. d. ꝙ neceſſe eſt hūc mundū inferiorem eē cōtinuū. i. contiguū actionibus ſuperioribus: vt tota eius virtus inde gubernet. mō gubernās eſt pncipalius gubernato: igit celum ⁊ cauſe ſupiores ſunt pncipales in agēdo reſpectu effectuū inferioꝝ. ℂ Sexta ꝯ̄. q̄litates pri 6a ꝯ̄
me elemētoꝝ ſunt cāe agentes inſtrumētales in gñatiōe mixtoꝝ. pȝ ꝯ̄. qꝛ mediātibus eis tanq̄ mediātibus inſtrumentis mām diſponētibus p̄me cauſe producūt formam mixti in mā. igit ꝯ̄ vera. ꝯña tȝ. ⁊ añs eſt manifeſtū. qꝛ nunq̄ ab illis cauſis pncipalibus producit forma mixti niſi mā diſpoſita ſit per qualitates primas. ℂ Septima ꝯcluſio. ſi cauſe ſupiores nō agerent: qualitates p̄me nullo mō 7a ꝯ̄
ſufficerēt agere. apparet per auctorē de cauſis. nā in omnē effectū plus influunt cāe prime ꝙ̄ alie. igit ſi ille non agerent alie nihil poſſent facere. tenet ꝯña. qꝛ de oppoſitū: ſeqtur ꝙ cauſe ſcōe aliquem totū effectum poſſent producere abſq̄ p̄ma. ⁊ per ꝯñs in iſtū nō plus influunt prime cāe ꝙ̄ poſteriores: qd̄ eſt opp̄m añtis. Et hoc de p̄ ⁊c̄.

Quantum ad ſcōm dubitat ꝯ̄ illū ꝓceſſum. videtur enim ꝙ nō in oī effect9 ꝓductione hic inferius oīa agētia ſubordinata ꝯcurrāt: imo videtur ꝙ nullū cōcurrit cū oīb9 effectib9 hic ꝓductis. ℂ Primo, pm rō
qꝛ ſequeret ꝙ agentia vlia reſiſterēt ſibipſis. ꝯña eſt incōueniens. qꝛ nihil reſiſtit ſibipſi. ꝯña tenet. qꝛ ſi agunt in oēm effectū productiue: ſeqtur ꝙ agūt in productione calidi: ⁊ etiā in productione frigidi: ſed notum eſt ꝓducēdo frigidū reſiſtunt omni generanti calidū reſpectu eiuſdem

2m ſubiecti.igitur reſiſtūt ſibiipſis. ℂ Secundo.qꝛ ſeqtur ꝙ
cōcurreret in omni reſiſtētia.hoc ꝯńs eſt incōueniēs vt ꝓ
babitur.⁊ ꝓbaꝛ ꝯńa:qꝛ nō magis pñt hec inferiora in vir
tute propria reſiſtere ꝙ̃ agere:ſed per ꝑdicta nō pñt agere
in propria virtute:igiꝛ nec reſiſtere.falſitas ꝯńtis probaꝛ.
qꝛ ſi cōcurrūt cū omni reſiſtētia:ſeqtur ꝙ eiuſdem faciunt
generationē:⁊ quantū pñt impediūt.igiꝛ videꝛ implicare
⁊ tꝫ ꝯńa.qꝛ ex quo ꝯcurrunt cū omnis effectus productio
ne cōueniens eſt ꝙ ꝯcurrunt cuꝫ agēte calido producēdo
calidū:ſed ex quo ꝯcurrunt cū omni reſiſtētia:ꝯueniēs eſt
ꝙ per frigidū inquātuꝫ pñt īpediūt gn̄onem calidi.igitur
eiūdē effectū facerēt:⁊ quantū poſſent ipſum impedirent.
3m ℂ Tertio ſi ad calefactionē ꝯcurreret aliq̃ ſubā:ſequitur
ꝙ illa eſſet virtutis infinite.ꝯńs eſt falſum.⁊ ꝓbaꝛ ꝯńa.qꝛ
illud agens eſt infinite virtutis:qđ infinitū effectū quātuꝫ
eſt ex parte ſui pōt producere ꝑncipaliter:modo iſta ſuba
quantū eſt ex pte ſui infinituꝫ effectū pōt facere ꝑncipalr:
maioꝛ nota eſt de ſe.minoꝛ ꝓbaꝛ.qꝛ ad duplationē calidi
tatis faceret effectū in duplo maiorē:⁊ ad triplationē cali
ditatis faceret effectū in triplo maiorē.ergo ſi in īfinita fie
ret caliditas iſta eadē ſuba quantum eſt ex parte ſui face
ret ꝑincipaliter effectū infinitū.qđ fuit probādū. ℂ Quar
4m to.ſeqtur ꝙ ſi celū ceſſaret influere vel intelligētia moue
re.ꝙ ego ceſſarē videre colorē.ꝯńs nō videꝛ verū.⁊ ꝯńtia
tenet.qꝛ ego nullū effectum poſſum facere ꝑ concluſionē
niſi coagentibus oībus cauſis mediāis ſubordinatis: etiāꝫ
opꝫ per cōcluſionē intelligētiā mouentē ad oēs effectus ꝓ
ductionē cōcurrere.ergo ſi ipſa nō influeret:ego nō poſſeꝫ
5m videre. ℂ Quinto.ſeqtur ꝙ ſi intelligētia nō ageret nihil
amplius corrūperetur:qđ tñ videꝛ falſum:qꝛ tunc per eā
ceſſare agere fierent oīa perpetua. ℂ Iterum tunc graue
non deſcenderet.nec candela illuminaret.

Ad pͫ **Ad iſtas** rōnes rñdetur ꝙ nō eſt incōueniēs ꝙ idē mediantibus diuerſis īſtrumētis ſibiipſi
reſiſtat:vt tu mouēdo manū dexteram.ſ.verſus latus ſini
ſtrum potes reſiſtere tibiipſi cōtra mouēdo manum ſini
ſtram.Sic ꝑma cauſa agē.do cū aqua producit frigidita
tem.⁊ agēdo cū igne impedit generationē eius ⁊ reſiſtit ſi
bi ipſi:hoc enim eſt neceſſe de agētibus vlibus ꝙ ad vnū
⁊ eūdē effectū cōcurrunt agēdo per vnū inſtrumētū ⁊ reſi
Ad 2m ſtendo per aliud. ℂ Ad ſcđm rñdetur per idē ꝙ in omni
reſiſtētia cōcurrunt cauſe vles agentes:⁊ ꝙ nō eſt incōue
niens agētē vlē per vnū ſuum inſtrumētū agere:⁊ ꝓhi
bēd inquantū per nām pꝫ per aliud inſtrumētū pñt eundeꝫ
effectū impedire:ſic enim cuilibet enti hic inferiori iſtituit
vt diligāt ſe ꝑmanere:⁊ iđ cū quolibet ente in ꝑticulari in
quantū pñt per ipſum nālr ſepe impediūt effectus gene
rationē:ad cuiꝰ generationē ſeqtur illius primi corruptio.
Ad 3m ℂ Ad tertiū pōt dici vno mō ꝙ principaliſſima cā oīum
2ª rñſio. cauſarū eſt infinite virtutis in vigore.ſ.ꝑma cā.Ueruꝫ eſt
ꝙ licet ita ſit tamen hoc forte rō naturalis nō diceret. Id
aliter dꝛ negando ꝯńtiam. Ad probationē dici pōt dupľr.
vno mō cōceſſa maiore:negatur minoꝛ ꝙ ſubſtātia princi
paliter agēs quantū eſt ex parte ſui pōt ꝓducere infinituꝫ
effectū. Et ad ꝓbationē dꝛ ꝙ ſꝫ ita eſſet quātū ad infinitā
intēſionē caliditatis aliq̃ ſubſtātia finita produceret infi
nitum effectū:tñ illū nō ꝓduceret niſi mediante inſtrumē
to infinito:⁊ ideo illud inſtrumētū cum cauſis ſuperioribꝰ
produceret totū effectū:⁊ ad hoc non ſeqtur aliqđ illorū
ſuperioꝝ agētiū eſſe virtutis īfinite. ℂ Aliter pōt dici for
3ª rñſio. te ⁊ melius ꝙ quātūcūqꝫ caliditas intenderetur tñ ſemꝑ
eſſet finita:⁊ ideo cāe agētes ſolū finite ꝑ eā pñt:licet tñ ſin
cathegoreumatice cōcedi poſſet ⁊ miraculoſe ꝙ in infini
tum caliditas pōt intēdi:⁊ ꝙ in infinitū ſuba poteſt ſortiꝰ
calefacere:ſed ad iſtas nō ſequitur ꝙ ſubſtantia agēs ꝑn
cipaliter ſit infinite virtutis:ſicut nō ſeqtur graue ſimpliciter

per ſubtiliationē mediū pōt in infinitū velociter deſcēdere.
igiꝛ eſt infinite virtutis. ℂ Ad 4m dꝛ naturalr loquēdo ꝙ Ad 4m
ſi celū ceſſaret:aut ꝑma cā influere non ſolū ceſſaret hō vi
dere:ſed ēt eſſe:de hoc magis videbiꝛ in alia qōne. ℂ Et ꝑ Ad 5m
hoc vltra cōcediꝛ rñdēdo ad qntam.ꝙ ſi intelligētia agere
ceſſaret ꝙ nihil plus corrūperetꝛ:qꝛ nihil plus remaneret:
⁊ iđ nō ſeqtur ꝙ oīa fierent perpetua.ꝯcediꝛ ēt ꝙ candela
nō illuminaret.nec graue deſcēderet:⁊ etiam videbitur de
hoc plus in qōne correſpondente huic materie poſt ⁊c̄.

Ad rationes ꝑncipales. ℂ Ad ꝑmā dꝛ ꝙ non opꝫ illud eſſe cām ꝑncipalē alicu Ad rōes
ius actionis:quo poſito ꝑmo poniꝛ effectus ſeu actio:⁊ q̃
remoto remoueꝛ actio:qꝛ ſtante volūtate eff.caci artificis
poſito inſtrumēto ⁊ materia poniꝛ actio:⁊ iſto inſtrumē
to remoto remoueꝛ actio:non tñ inſtrm̄ eſt cā principalis.
ℂ Ad ſcđm dꝛ ꝙ bene probat qualitates ꝑmas eſſe cau Ad 2m
ſas agētes iſtrumētales.⁊ hoc eſt pro ſexta ꝯcluſione. ℂ Ad Ad 3m
tertiū diciꝛ eodem mō ꝙ verū eſt ꝙ ille ſunt agētia ꝑnci
palia vel inſtrumentalia:ſm quoꝝ proportionē aliam ⁊
aliā ⁊c̄.nec opꝫ ꝙ talia ſint agētia principalia:qꝛ oēs effe
ctus producti q̄ñ diuerſificātur ꝑꝑ diuerſitatē agentiū in
ſtrumentaliū:quis idē eſt deus ⁊ idē celū cōcurrētia ꝑnci
paliter i omni effectuū gn̄one:ꝑꝑ tñ particulariū diuerſi
tatē diuerſificātur effectus:prout notuꝫ eſt:qꝛ ſm eoꝝ di
uerſitatē agētia ꝑncipalia alr ⁊ alr influunt in effectū. Et
ad ꝯfirmationē dꝛ ꝙ phs non plus voluit niſi ꝙ ignis ca
lefacit mediāte caliditate ⁊ non ſine ea.nec hoc eſt contra
dicta. ℂ Ad q̄rtū cōcedo ꝙ q̄litates prime ſunt cāe acti Ad 4m
ue in gn̄one mixti:ſed iſtrumētales:vt dictū eſt.⁊ nō plus
probat rō. ℂ Ad qntū dꝛ ꝙ nō opꝫ illud eſſe cām ꝑncipa Ad 5m
lem,ad cuius duplationē dupliꝛ effectꝰ:qꝛ hoc frequenter
cōtingit ꝓpter duplationē inſtrumēti.⁊ iđ rō non ꝓcedit.
ℂ Ad ſextū dꝛ ꝙ forte in gn̄one ignis caliditas magis de Ad 6m
per ſe cōcurrit hoc eſt ſolū inſtrumētaliter:⁊ non vt cauſe
cēntrale ordinate. ℂ Ad ſeptimū de ſacramēto altaris dꝛ Ad 7m
ꝙ ibi ꝑma cā ſupplet locū māe ſic ꝙ agit per qualitates ⁊
facit q̄litates pati:ſicut ſi eſſent in ſubſtātia:ſed qꝛ per mi
raculum hoc eſt:rō non eſt ad propoſitum. ℂ Ratio poſt
oppoſitū eſt pro premiſſis cōcluſionibus.

ℂ Similiter aūt facientibus mixtam eorū ma
teriā ⁊c̄. Tex.cō.xlviij. Qō.xv.

Ueritur quīndecimo.Utrū cōtingat
dare mixtū tēperatū ex ele
mētis vel ex q̄lītatibꝰ eloꝝ. ℂ Et argꝛ ꝙ pͫ
ſic.qꝛ vbi eſt dare maꝛ mixtiō eſt dare eq̄
le:ſꝫ ꝯtigit ēē mixtū lapſum ad caliditateꝫ ⁊
ſiccitatē magis:⁊ ꝯtingit dare lapſuꝫ minus ad iſta ⁊ ma
gis ad ꝯria.puta ad frigiditatē ⁊ humiditatē.igiꝛ ꝯtingit
dare mixtū hñs equalr de iſtis.⁊ hoc erit tēperatū.igiꝛ ⁊c̄.
maioꝛ videꝛ eſſe principiū.⁊ minoꝛ manifeſta eſt de diuer
ſis mixtis.in colericis enim dñaꝛ caliditas ⁊ ſiccitas:⁊ in
cucurbitis frigiditas ⁊ humiditas.ꝙ aūt mixtū hñs equa
liter de iſtis eſſet tēperatū apparet:qꝛ tēperatū eſt adequa
tio qualitatū elemētoꝝ in vno indiuiduo. ℂ Scđo ꝯ dare 2m
re aliqđ mixtū intēperatū ex elemētis.ergo erit dare aliqđ
mixtū tēperatū ex eiſdē.ꝓbaꝛ ꝯńa.qꝛ ſi enī oppoſitoꝝ
eſt in nā ipſaliter:qđ eſt priuatio ⁊ minus deſideratū a nā:
tunc ēt erit ⁊ reliquū:qđ eſt habitꝰ ⁊ magis a nā intentuꝫ.
modo intēperatū ⁊ tēperatum ſunt oppoſita ⁊ eſt intēpe
ratū priuatio ⁊ minus intētū.igiꝛ ⁊c̄.maioꝛ nota eſt ⁊ mi
noꝛ ſilr:qꝛ nā magis intēdit temperiē ⁊ ꝑfectionē ꙗ̄ imꝑ
fectionem ⁊ intēperiē. ℂ Tertio.niſi ſic nullū aīal eſſet ꝑ 3m
fecte ſanum.ꝯńs eſt falſum.⁊ probaꝛ ꝯńa.qꝛ ſanitas conſi
ſtit in tēperamēto qualitatū elemētoꝝ ⁊ adeq̄tione huoꝝ
eoꝝdē. ℂ Quarto.ſignato aliquo mixto vel eſt tēperatuꝫ 4m

et habetur propoſitū. vel eſt intēperatū: et ſic tūc alique qualitates excedūt alias. pono igitur illas remitti vel alias intendi: donec fiat adeqtio: qd non videtur impoſſibile quo facto
5 erit mixtū tēperatū. igitur etc. ¶ Quinto. ſit mixtū lapſum ad frigidū et humidū equaliter: et pono q alteretur quouſq fiat eqliter lapſum ad calidū et ſiccū: tūc ſic. nō ꝯtingit tranſire de extremo in extremū niſi tranſeat per mediū: ſed hic ſit tranſitus de lapſo ad frigidū et humidū equaliter vſq ad eqliter lapſum ad calidū et ſiccū. igitur trāſiret per mediū in quo oia iſta erūt adequata. et per ꝯñs illo tunc qñ erit il-
6 lud mediū erit mixtum tēperatū: igitur etc. ¶ Sexto. eſt dare aliqd mixtum qd nāliter quieſcit in medio elementorum: qd ſcʒ derelinquit duo elemēta infra ſe: et duo ſupra ſe. igitur eſt dare mixtū equaliter ex elemētis. ꝯña tʒ. qr tale videretur eqliter mixtū ex elemētis: qr tm̄ habet de leuitantibus: ſicut de grauitantibus. añs videtur patere per experiētiam. q in aere deſcēdit: et in aqua aſcendit: et in medio illorum quieſcit: et pʒ rōne: qr ſi quieſceret nāliter ſupra magis. ponatur intēdi grauitas donec ſit adeqta leuitati: et tūc quieſceret nāliter in medio: et ſi infra quieſceret ponatur re-
7 miti grauitas et itēdi leuitas. ergo etc. ¶ Septimo. ſicut eſt in maiori mundo ita eſt in minori: ſed in maiori mūdo elemēta ſunt adequata in potentijs. ergo ita dʒ eſſe in minori mundo. ſ. in hoīe. igitur hō dʒ eē tēperatus in elemē-
T. c. 17. tis. maior pʒ. cōueniētia ſimilitudine. et accipitur a pħo 8° phyſicorum. minor pʒ. qr niſi elemēta in minori eēnt adeqta in potētijs: vnum eorum corrūperet aliud: et ſic fieret mun-
8 dus inordinatus: quod non eſt poſſibile. ¶ Octauo. ars poteſt facere ex aliqbus duobus elemētis mixtū. igitur hoc magis pōt natura. ꝯña tʒ. qr maioris virtutis et potentie eſt nā q̄ ars. añs pʒ. qr poſſe eſt q artifex per artem ſuā faciat mixtū equaliter ex aqua et vino. igitur etc.

T. c. 49 / Cō. 7. **In oppoſitum** arguitur per Cōmentatorem in iſto ſcđo. vbi vult q impoſſibile eſt dare mixtū ex elemētis equaliter. et hoc idē dicit pmo celi. vbi probat hoc: qr illud mixtū quieſceret vbicūq poneretur: nec haberet motū nālem. qr mixtū mouetur ad motum elementi dominantis in eo: modo ſi eſſent adeqta tunc nullū elemētum eſſet dominās. igitur etc.

pª nōn. **Pro iſta qōne** nota q mixtū ex elemētis pōt intelligi dupliciter. vno mō diceretur mixtū tēperatū in quo elemēta in oibus qlitatibus remanētibus. ſcʒ alteratiuis q̄ motiuis eſſent adequate. puta mixtum: qd tm̄ haberet de caliditate: ſicut de frigiditate: et ſic de alijs qlitatibus elemētorum. et hoc mixtū diceretur tēperatum ad pōdus: qr equali pondere in mixtione: elemēta in ſuis qlitatibus in eo diſcerent. Alio mō diceretur mixtum tēperatum nō ad pōdus: ſed in ordine ad cōplexionē ſue ſpēi debitam. et vocatur hoc tēperatū ad iuſtitiā. ſ. mixtū in quo nō ſunt oēs qualitates elemētorum adequate: ſed in quo ſunt in optima diſpōne ſcḋm opationes debitas certe ſpēi. vñ aduertendū eſt: q qđlibet mixtorum certā qlitatiuā diſpōnē ſibi determinat: que nō cōſiſtit in eqlitate oīum qlitatū elemētorum: ſed in debita diſpōne earum in ordine ad opationes ſibi debitas: et proportione ſibi ꝯueniēti: ſi. n. in hoie fieret adeqtio qlitatū pmarum vel magna tēdētia ad eqlitatē: ſtatim moreretur hō: eo q nimis remitteretur caliditas eius nālis. igitur tēperamētū ꝯueniēs homini cōſiſtit in ꝓportione qlitatū pmarū: qr hō poſſet optime in operationes ſibi debitas. Et ſcḋm hō duplex tēperamētum. Erūt in qōne duo
pº arti. articuli. In pmo videbitur vtrū ſit poſſibile mixtum eſſe tēperatum ad pōdus ex elemētis. Secundo vtrum ſit dare mixtum tēperatum ad iuſtitiam ex eiſdem.

pª nōn. **Quantum** ad pmū nota q in mixto ex elemētis duplices derelinquunt qlitates: qdā alteratiue ſicut caliditas humiditas et frigiditas et ſiccitas: et quedā motiue localiter: ſicut ſunt grauitas et leuitas: ex quo ſequitur q adhuc pmus ſenſus qōnis pōt intelligi tripliciter. Primo mō. vtrū ſit mixtū in quo oēs qlitates hō eqliter diſcerent: ſicut ſupius dictū eſt. Alio mō ſi ſit dare mixtum in quo oēs qlitates alteratiue ſunt eqles: ſiue motiue localiter ſint eqles ſiue nō. Et 3° mō ſi ſit dare mixtum in quo qlitates motiue localiter ſunt adequate qcqd ſit de alteratiuis. ¶ Scđo nota. q de hac mā volo loq pure natu- 2ª nōn
raliter: qr qđ per potētiā diuinā poſſet eſſe tēperatū ex elementis ſiue ad pondus ſiue aliter nullus negaret.

Tunc ſit pma ſuppoſitio. ſi in mixto eſſent adequate qualitates alteratiue mixtum haberet multū plus de grauitate q̄ de leuitate. probatur ſic. qr ad hoc q in mixto ſit tāta leuitas: ſicut grauitas requiritur q in eo ſit multo maior caliditas q̄ frigiditas. igitur ſi eſſent adequate in mixto caliditas et frigiditas: nō eēnt adequate leuitas et grauitas: imo eſſet maior grauitas q̄ leuitas: qđ eſt propoſitū ꝯña tʒ. et añs declaratur: tam in nāliter diſpoſitis q̄ in violenter diſpoſitis. in nāli diſpoſitis ꝯſtat q in aiali eſt multo maior grauitas q̄ leuitas: tñ cū hoc eſt in eo maior caliditas q̄ frigiditas: eo q vita aialis cōſiſtit in calido. ſi ergo pro calefactione deberet leuitas adeqri grauitati: oporteret q in eo fieret multū maior caliditas q̄ frigiditas: qr actu eſt maior: ſicut dictū eſt. in violēter calidis apparet ſimiliter. nā in ferro calido eſt maior grauitas non obſtante: q in eo ſit maior caliditas. Si igitur per vlteriorem calefactionē deberet leuitas adequari grauitati oporteret q caliditas valde excederet frigiditatē. ¶ Ex quo ſe- 2ª ſuppō
quitur ſcđa ſuppoſitio. ſi eſſet mixtū equaliter ex qualitatibus motiuis ipſū eſſet mixtū inequaliter ex alteratiuis.
pʒ ex precedente. ¶ Tertia ſuppō. ſuppoſito q in aliquo 3ª ſuppō
mixto qlitates alteratiue elemētorum eēnt adequate in gradu: adhuc tñ ipſe nō eſſent adequate in virtute. apparet: et adhuc caliditas fortius ageret et minus reſiſteret q̄ frigiditas. qr iſte due ſimul fortius agerēt et minus reſiſterent q̄ ſiccitas et humiditas. ¶ Quarta ſuppō. ſuppoſito q qli- 4ª ſuppō
tates prime in mixto eſſent adequate. in agere tamen non eſſent adequate in reſiſtere. apparet: qr ſi frigiditas dʒ eſſe equaliter actiua: ſicut caliditas: opʒ q ſit intenſior q̄ caliditas per prius dicta. mō intenſior eſt fortioris reſiſtentie q̄ caliditas. patʒ. qr equalis magis reſiſtit q̄ caliditas. ergo a multo fortiori intenſior magis reſiſtit.

His premiſſis ſit pma ꝯcłō. nō ē poſſe mixtū 1ª ꝯ
eſſe tēperatū ad pōdus ex elemētis quo ad qlitates motiuas et alteratiuas ſimul. appet per duas pmas ſuppōnes: qr ſi ſit adeqtio in qualitatibus alteratiuis: erit inequalitas in motiuis. ſi autē fuerit equalitas in motiuis: erit inequalitas in alteratiuis. ¶ Scđa ꝯ. poſſe ē 2ª ꝯ
eſſe mixtū tēperatum quo ad qlitates alteratiuas tm̄. apparet: qr ſi ſit illa inequalitas in mixto: ponamus q ſi ſit lapſum ad ſiccitatē et frigiditatem: q fiat alteratio ad caliditatem quouſq ſit equalis frigiditati. et ad humiditatē quouſq ſit eqlis ſiccitati. nec videtur quin hoc ſit poſſibile. quo facto erit mixtū tēperatū quo ad qualitates altera-
tiuas. ¶ Tertia ꝯcłō. poſſe eſt eſſe mixtū tēperatū quo ad 3ª ꝯ
qlitates motiuas equaliter probatur ſicut precedēs. qr ſit inequalitas: eo q habeat mixtū plus de grauitate q̄ de leuitate. fiat leuificatio quouſq. ſ. leuitas ſit grauitati adequata: et habetur propoſitū. ¶ 4ª cōcluſio. ſi in mixto qlitates 4ª ꝯ.
motiue diſcerent equaliter vel ad imaginationē oēs qlitates ſic q eēt ſimpliciter tēperatū ad pōdus: adhuc nō vbicūq poneretur quieſceret: qr poſito tali mixto in ſpera ignis: adhuc aer aqua et terra traherēt ipſū deorſū. et leuitas ignis nō 3. c. p.
reſiſteret: eo q eēt in loco nāli: imo etiā in ſpera aeris mo- ca. 7.
ueretur deorſū. et ſola leuitas ignea reſiſteret: aerea. n. leuitas eſſet in loco nāli: et iđ nō trahit: ſilr mō ꝓbaretur q in

equa vel terra moueref ſurſum. ſi tñ in medio inter aerē
ꝛ aquā poneref non traheretur: qꝛ duo ẽnta per ſuas q̃li-
tales tenerẽt ipſum deorſum: ꝛ duo alia ẽnta tenerẽt ip̄m
5ª ꝫ ſurſum. ℂ Quita ꝫ. ſuppoſito ꝙ eſſet mixtū tẽperatum ex
elemẽtis ipſum nō eſſet ꝑpetuū. pꝫ per tertiā ſuppōnem: qꝛ
ſuppoſito ꝙ q̃litates alteratiue eſſent eq̃les in gradu: ta-
men non eſſent equales in virtute: ſiḋ. n. in ea nō eſſent eq̃
les in reſiſtere: quare adhuc in tali mixto eēt diſſormitas
ſeu diuerſitas intrinſeca: ꝑꝑ quam eſſet corruptibile: ꝛ ite-
rum tale mixtum approximatū ſumme calido vel ſumme
frigido ab eis pateretur: ꝛ diſconuenienter diſponeretur:
quare poſſet corrūpi. ꝛ hoc eſt propoſitum.

2ᵘˢ arti.

Quantum

ad 2ᵐ videndū eſt vtꝝ ſit dare aliquod
mixtū exñs in optima diſpōne debita
ꝛ nāli ſue ſpẽi: ꝑ quā optime pōt in oēs opationes ſuas de
bitas: ꝛ hūc articulū ſubdiuidẽdo. Primo pōt videri vtꝝ
mixta diuerſarū ſpẽꝝ poſſint hēre eādẽ diſpōnem ꝛ ꝑpor
tionẽ qualitatū ꝑmarū. Scḋo videbit̃ vtꝝ mixta eiuſdẽꝫ
ſpẽi poſſint manere ſub alia ꝛ alia qualitatū primarū diſ-
poſitione ꝛ cōplone. Tertio videbit̃ vtꝝ viuū q̃diu viuit
ſemꝑ ſibi determinet ſilem vel eandẽ diſpōnẽ ſeu cōplexio
nem vel potius ſm diuerſitatẽ iuuẽtis vel ſenectutis deter
minet ſibi cōplexionẽ aliā ꝛ aliā. 4º videndū eſt vtrū cō-
plexio calefactiua fortior ſit in pueritia vel in iuuẽtute ho
minis. 5º videbit̃ ſi mixtū ꝑ aliqḋ tẽpus poſſet eſſe vel ma
nere ſub optima cōplexione ſue ſpẽi determinata.

Quantum

pᵐ nōnᵐ pᵉ pᵉ 2ⁱ articuli. ad ꝑmū ꝑmo nota: ꝙ quedā eſt com-
plexio radicalis ipſius mixti. ſ. quam
ſibi determinat forma ſubālis eius. alia eſt quaſi accidẽta
lis: ꝛ ab extrinſeco. ſ. quam mixtū habet per alterationem
2ᵐ nōnᵐ ab extrinſeco: ſicut a ſole vel a nutrimẽto. ℂ Secūdo no-
ta. ꝙ in cōplexione radicali viui ſicut aſini duplices ſunt
qualitates: quedā ſunt eductiue forme: ſicut caliditas cū
alijs qualitatibus primis. alie ſunt organice: ſicut figura
tationem veram ſubẽ: ſed per trãſfigurationẽ virtutis for-
tis alicuius herbe vel alicuius alterius. virtutes enim mul-
tarum rerũ ſunt valde mirabiles ⁊ diuerſe.

Ad ꝑᵐ **Ad rõnes** ad ꝑmã dico ꝙ qñ Ari. ꝑ huius dixit.
ponẽtes vnũ principiũ mãle ⁊c̃. intelle-
ꝑncⁱᵉ xit ꝙ ponẽtes vnum ꝑnᵐ mãle oïuȝ trãſubſtationũ ⁊c̃. hoc
T. cõ. ꝑ. eſſe ens in actu: nõ potuerũt ſaluare dĩam inter gnõneȝ ⁊
alterationẽ: ſi tñ ꝑnᵐ mãle oïum trãſmutationuȝ poniſ eẽ
ens in potẽtia: ⁊ hoc poniſ eſſe ſubm̃ imediatũ aliquaruȝ
trãſmutationũ ⁊ mediatũ aliarũ bñ põt ſaluari dĩa in-
Ad 2ᵐ ter gnõnem ⁊ alterationẽ. ¶ Ad ſcḋaȝ d. co ꝙ quãuis in
gnõne ſubãli mã ſe hẽat aliter ꝗ̃ prius: tñ non ꝑꝑ h̃ ipſa dĩ
alterari: ꝑpter hoc ꝙ hoc nomen alterari appropriatum
eſt illis que hñt ſe alr̃ non per formã ſubãlẽ: ſed ꝑ formas
Ad 3ᵐ accñtales. ¶ Ad tertiũ ꝯcediſ de motu ſucceſſiuo cuiꝰ ſuc-
ceſſio attẽdiſ ex parte partiũ gradualiũ ⁊ nõ quãtitatiua-
Ad 4ᵐ rum. ¶ Ad q̃rtã illa bñ ꝓbat ꝙ accipiẽdo gnõneȝ pro al-
teratione ꝑcedẽte introductionem forme ſubãlis genera-
Ad 5ᵐ tio eſt bñ alteratio. ¶ Ad qntã ꝯcedo ꝙ acquiſitio altera-
Ad 6ᵐ tionis eſt gnõ ſm̃ qd: ſed nõ ſimplr̃. ¶ Ad vltimã rõneȝ:
qñ dĩ ꝙ grauitas ⁊ leuitas ſunt forme ſubãles elemento-
rum: negatur. ⁊ qñ dĩ per Cõmen. dico ꝙ Cõmẽtator vo-
4. c. t. luit per hoc dicere ꝙ eſſent forme accñtales ꝯſtes quali-
tates elñtoꝝ. Uel eſt põt dici ꝙ qꝛ formis elñtorũ nõ ſunt
nomina poſita circulo quebaſ eas per nomina predicta.
Et ſic finitur iſta queſtio. Queſtio. iij.

Ueritur vtrũ ſi gnõ eẽt ipoſſibil: ⁊ al-
teratio eẽt ipoſſibilis. ¶ Et
pᵐ arguiſ ꝙ ꝙ nõ. nã gnõ ⁊ alteratio ſunt muta-
tiones diſtincte. ſicut dicebaſ in alia qõne. ꝗ
poſe eſt vnã eſſe ſine alia: nec ad põneȝ vnius
ſeqtur poſitio alteriꝰ: nec ad deſtructioneȝ vniꝰ deſtructio
alterius. ¶ 2ᵒ poſe eſt aliqḋ alterari: ꝙ tñ impoſe eſt gene-
2ᵐ rari. ergo falſum eſt dicere ꝙ ſi gnõ vnius ſit impoſſibilis
ꝙ alteratio eius ſit impoſſibilis. ꝯñã tꝫ. añs probaſ. naȝ te
poſe eſt alterari. tu enim calidus potes fieri frigidus: ⁊ tñ
te ipoſe eſt gñari: ꝙ. n. ſemel genitũ eſt amplius gñari nõ
3ᵐ põt. ¶ 3ᵒ arguiſ ſic. ſicut ſe hꝫ eẽ vel nõ eſſe ad eſſe ⁊ nõ eẽ
ſic ſe hꝫ poſſe eſſe vel nõ poſſe eſſe ad poſſe eſſe ⁊ non poſſe
eſſe: ſed modo ita eſt ꝙ aliqñ ãdo gñatio eſt ⁊ alteratio nõ
eſt: ⁊ ecõuerſo. ergo etiã gñatio poteſt non eſſe alteratione
exñte. quare falſum eſt ſi gnõ ſit impoſſibilis ꝙ alteratio
ſit impoſſibilis. ¶ 4ᵒ arguitur ſic. ſi queſtio eſſet vera. hoc
4ᵐ eſſet ex eo ꝙ alteratio ordinatur in generationeȝ tanꝗ̃ in
fineȝ: ex eo ꝙ ſi finis ſit impoſſibilis: ordinata in finẽ ſunt
impoſſibilia. modo hoc eſt falſum. nã qõlibet ens maxime
appetit ſe permanere: ⁊ omnes ſuas actiões dirigit in hoc ꝑ phyſiᵉ
ꝙ permaneat: ⁊ tamẽ ipſum ſemper manere eſt impoſſibi- coꝛũ: 8ꝫ
le: non obſtante ꝙ actiones que ordinant in illum finem
ſint poſes. Ita in propoſito videſ ꝙ q̃uis ordinareſ in ge-
nerationẽ tanꝗ̃ in finẽ: non tñ propter hoc opꝫ alteratio-
nem eſſe impoſem ſi gñatio ſit ipoſſibilis. ¶ 5ᵒ arguiſ ſic. 5ᵐ
nullius partis celi gnõ eſt poſſibilis: ⁊ tñ alicuius ptis ce-
li alteratio eſt poſſibilis. ergo q̃ſtio falſa. ꝯña pꝫ: ⁊ ꝑma pa-
rtis nota eſt per Ariſt. primo celi. 2ᵃ pars ãtis probaſ. T. c. 20.
nam aliquãdo aliq̃ pars celi eſt magis lucida: ⁊ aliqñ mi-
nus. Simili modo argueref de alteratione anime intelle-
ctiue: cuius alteratio eſt poſſibilis: qꝛ alteratur de ignoran-
tia in ſciam: ⁊ tamẽ eius generatio eſt impoſſibilis. ¶ 6ᵒ 6ᵐ
arguitur ſic. ex quo iſta ꝯñia non eſt formalis gñatio eſt
impoſſibilis. ergo alteratio eſt ipoſſibilis: ⁊ ſi tꝫ hoc: opꝫ eſ-
ſe per aliquẽ locũ. queriſ ergo. vnde locus.

Oppoſitum vult Ari. iſto. ꝑmo huius. vñ dicit. ſi
impoſſibile eſſe elñta gñari ex ſeinui-
cem impoſe eſſet eoꝝ alteratio abinuicem. T. cõ. ꝑ.
¶ Breuiter iſta qõ põt ſolui duplr̃. vno mõ ad hoiem. alio Nõnᵐ
mõ ſm̃ veritatem. vnde faciliter ſm̃ dicta empedoclis ſal-
uaretur. Empedocles. n. ponit ꝙ qõlibet elñtũ determina-
ret ſibi certas qualitates: que nõ poſſent remitti ipſo elñto
manente. vñ ponit ꝙ aqua manens aqua nõ poſſet calefie-
ri. ergo ſm̃ eũ ſi gñatio vnius elemẽti ex alio eſſet ipoſſibi-
lis. tũc alteratio eoꝝ abinuicẽ eſſet impoſſibilis: ⁊ ſic facili-
ter queſtio eſſet expedita. Sed videndo qḋ ſit dõm ſm̃ veri-
tatem ponã primo aliquas diſtõnes. 2ᵒ qꝛ neceſſarium et
impoſſibile opponũtur: videndũ eſt quõ generationem eſ-
ſe ſit neceſſarium. 3ᵒ videndũ eſt de queſito.

Quantum ad ꝑmũ ſit ꝑma diſtõ iſta: ꝙ impoſſi- pᵃ diſtõ
bile diciſ aliqñ de ſignificabili incõple-
xe. alio mõ de ſigñbili cõplexe. vt cum dicimus. chrꝰ eſt im-
poſſibilis: ⁊ ſimili mõ aliqñ de ſigñbili complexe: vt cum di-
cimus. deum eſſe eſt neceſſariũ. ¶ Scḋo notanduȝ eſt ꝙ 2ᵐ nõnᵐ
ſi iſta aliqñ dicuntur de cõplexo ſicut de oratione. hoc eſt
equiuoce. vñ orationes nõ dicũtur impoſſibiles nec neceſ-
ſarie: niſi ſicut vrina dĩ ſana vel egra: qꝛ eſt ſignum ſanita-
tis vel egritudinis. ¶ Scḋa diſtõ eſt ꝙ adhuc impoſe dĩ 2ᵃ diſtõ
duplr̃. vno modo quo ad oẽs dĩ: as tẽporis: ⁊ iſto mõ dici-
mus ꝙ deum nõ eſſe eſt impoſe. nã tã quo ad pñs ꝗ̃ quo
ad preteritum ꝗ̃ quo ad futuꝝ eſt impoſe. Simili modo
aliquid dicitur neceſſariũ ſm̃ omne tẽpus. ſicut deũ eſſe ẽ
neceſſarium ſm̃ omne tẽpus. Scḋo mõ diciſ impoſe non
quo ad omne tẽpus: ſed quo ad aliqḋ: ⁊ ſic accipitur ipoſ-
ſibile cum diciſ ꝙ propõ falſa de preterito eſt ipoſſibilis. Et
ſic ſimiliter dicimus ꝙ me bibiſſe eſt neceſſariũ: ⁊ ſic ſimi-
li modo accipitur neceſſariũ cũ dicimus propõnem veraȝ
de preterito eſſe neceſſariam: ⁊ ſm̃ iſtam acceptioneȝ de ly
impoſe ⁊ neceſſariũ bene cõcedimus ꝙ impoſſibile erit ali-
quando neceſſarium: ⁊ ꝙ neceſſarium fuit aliqñ impoſſi-
bile. verbi grã. quãuis mõ ſit impoſe me fuiſſe rome: tamẽ
ſi vadã rome ⁊ redeam: me fuiſſe rome erit neceſſariũ. ſilr
quãuis me bibiſſe modo ſit neceſſarium: tamen anteꝗ̃ bi-
berem me bibiſſe fuit impoſe: qꝛ fuit vnum falſum de preterito.
¶ Tertia diſtõ eſt iſta. impoſe aliqñ dĩ qḋ iplicat ꝯdictio- 3ᵃ diſtõ
nem: ⁊ iſto mõ dicimus ꝙ ſoꝛ. eſſe. ⁊ ſoꝛ. nõ eſſe in a. inſtãti
eſt impoſe. ſilr modo dĩ deũ nõ eſſe eſt impoſe: qõlibet eniȝ
iſtoꝝ implicat ꝯdictionem. Alio mõ capiſ impoſe qḋ nõ
dĩ impoſe: qꝛ implicat ꝯdictionẽ: ſed qꝛ nõ eſt poſe ſm̃ cur-
ſum nãlem: ⁊ iſto modo dicimus ꝙ celum non moueri eſt
impoſe. nã hoc nõ eſt poſe ſm̃ curſum nature cõſuetuȝ. ſilr
modo dicimus neceſſariũ duplr̃. vno mõ opponiſ impoſſi-
bili qḋ implicat contradictionem: ⁊ ſic dicimus deum eſſe

eſt neceſſariū. alio modo dī neceſſariū prout repugnat im
poſſibili prout capit̄ ipoſe ſm curſum nāe conſuetū: τ iſto
mō dicimus φ celū moueri eſt neceſſarium.

p^a ꝯ **Quantum** ad 2^m ſit pma ꝯ gnōnē eſſe: nō tn̄ conti
nue ſed iterciſe eſt neceſſariū prout ne
ceſſariū ꝯdicit impoſſibili φ implicat ꝯdictionē. pꝫ: qꝛ ge
2^a ꝯ nerationē nō eſſe nō iplicat ꝯdictionē. ¶ 2^a ꝯ. gn̄ationem
eē: nō tn̄ continue ſed iterciſe eſt neceſſariū put neceſſariū
opponit̄ ipoſſibili: prout aliqd dī impoſe ſm curſum nāe.
pꝫ: qꝛ nullā gn̄ationē eſſe eſt impoſe ſm curſum nature. ḡ
generationē eſſe mō p̄dicto eſt neceſſariū. aña pꝫ. nam im
poſſibile eſt materiā ſub vna forma ma^{ie} ꝑpetue propter
variam multiplicem alterationem que fit in iſtis inferiori
bus propter ꝯtinuū motū celi τ multiplicem influentiam
a corporibus ſupcęleſtibus in iſta inferiora.

p^a nōn^a **Quantum** ad 3^m. vꝫ. de queſito ſciendū eſt φ q̄uis
Ariſt. bn̄ cōcedat qōlibet elmtū de
terminare ſibi certas q̄litates ſibi cōuenientes. ſicut ignis
caliditatē τ ſiccitatē: aer caliditatē τ humiditatē: tn̄ non
negauiſſet qn̄ elemētis manētibus eoꝝ qualitates remit
ti poſſent. Cuius opp^m dixit Empedocles. Ulteri^o Ariſt.
dixiſſet talē alterationē in quolibet nō fieri gratis: imo in
aliquē finē. vꝫ. in iſtū: φ ex vno eīs poſſet aliud gn̄ari: ita
φ ſm Ar. talis alteratio ordinat̄ in generationē tanq̄ i
3^a nōn^a finem. Et ꝯ ſit vna ſuppō. ¶ Scḋa ſuppō eſt φ ordo na
turalis eſt neceſſarius ſm ſpēm: ita φ nō pōt impediri i to
to: lꝫ bene in parte. ſicut illum hominē non gn̄ari eſt poſe
τ illum: τ etiā illū: ſed non eſt poſe ſimul de quolibet.

ꝯ **Tunc ſit** ꝯ rn̄ſalis ad queſitū: φ ſi gn̄atio ē impoſ
ſibilis: alteratio eſt ipoſſibilis. probat̄ ſic.
nam per pmā ſuppōnem alteratio ordinat̄ in generatio
nem tanq̄ in finē. ergo in virtute ſcḋe ſuppōnis. ſi genera
tio eſt poſſibilis: alteratio eſt poſſibilis. ergo ad deſtructio
nem ꝯſequentis. ſi nulla gn̄atio eſt poſſibilis. nulla alte
ratio eſt poſſibilis. ¶ Breuiter iſta ꝯña tenet p hoc φ im
poſſibile eſt naturā omnino fruſtrari in eius actione. Si
ergo nō eſſet poſſibile fieri gn̄ationem: τ nō eſſet poſe fieri
alterationem ſm curſum nature. nunq̄ enim nā ageret al
terationem. niſi aliqn̄ fieret gn̄atio propter quā tanq̄ pro
pter finem alteratio agitur a natura. Et ex hoc pōt patere
per quē locum tenebit hec ꝯña. gnō eſt impoſſis. ergo al
teratio eſt impoſſibilis. lꝫ enim p locum a cauſa finali ad
ſuū effectū. per iſtam maximā. ſi finis eſt impoſſibilis effe
p.c.32. ctus eſt impoſſibilis in virtute illius. deus τ natura nihil
3.a.45. agit fruſtra. hoc eſt ſm curſuꝫ nature. nō enī in toto actio
Dub^m nes naturales fruſtrātur ſuis finibus. ¶ Sꝫ. d. m. ex quo
ſicut dictū alteratio ordinat̄ in generationē tanq̄ in finē.
ponat̄ ergo φ aliqd per imaginationē ſit vna frigiditas
ab omni ſubto ſepatata: τ applicetur ſibi vnū calidū ex
cedens ꝑ in illā caliditatem illam frigiditatem. tūc querit̄
vtrū fiet actio in illā frigiditatē: τ videt̄ φ nō. nam nō eſt
poſe φ fiat ibi aliq̄ generatio: nec aſſilatio paſſi ad agens:
cū ergo actio alteratiua ordinet̄ in generationē. videt̄ φ
ibi fieret aliqua actio. vñ ſi calidū ageret in iſtā frigidita
tem ad corruptionē illius frigiditatis nulla ſequeret̄ ge
R^e neratio nec aſſimilatio. ¶ Breuiter dico φ non aget in il
lam frigiditatē: τ pmo poſſet ſm hoc aſſignari rō iam fa
2 cta. ¶ 2° ex alio. nā nālia in ſuis actionibus nō intendunt
pncipalr corruptionē: ſed pncipaliter gnōnem: lꝫ nō poſ
ſet fieri alicui^o gnō niſi fieret alterius corruptio. ergo opꝫ
agentia nālia corrumpere. ſi volunt gn̄ationē facere. mo
do in caſu predicto. cū nulla poſſet fieri generatio ſequitur
3 ibi nullam fieri corruptionē frigiditatis. ¶ 3° ex alio: qꝛ
ibi nō eſſet aliquod ſubm. ex quo illa frigiditas ponit̄ ſepa
rata a ſubto qō eſt receptiuū talis actionis ipſius calidi
tatis. finalr ḡ dico φ in illa frigiditate nō fieret actio.

Ad rationes ¶ Ad pmam dico: φ nō obſtāte Ad rōes
φ gn̄atio τ alteratio ſunt muta Ad p^m
tiones diſtincte: tn̄ qꝛ alteratio ordinat̄ in gn̄ationē. vide
tur φ ſi gn̄atio eſt ipoſſibilis: alteratio eſt ipoſſibilis. verꝫ
eſt tn̄ φ illa ꝯña nō eſt formalis: ſed tn̄ ſuppoſito ordine
nature. ¶ Ad 2^m dico: φ q̄uis ſit poſſibile eſſe alicui^o Ad 2^m
alterationē: cuius nō eſt poſſibile eſſe gnōnem: tn̄ poſſibi
le eſt eſſe gnōnem alicuius alterius. ergo alteratio non or
dinatur in generationem illius quod alterat̄: ſed in gene
rationem alicuius alterius ex illo. ¶ Ad tertiam dico: φ Ad 3^m
q̄uis poſſibile ſit eſſe alterationē quā non imediate ſeq
tur gnō: tn̄ non eſt poſe eſſe aliquā alterationē: quam non
tunc vel alias ſequatur gn̄atio. ¶ Ad quartā. qn̄ dī alte Ad 4^m
ratio ordinatur τc. cōcedo: τ qn̄ dicit ſepe finis eſt impoſſi
bilis: τ ordinata in finē ſunt poſſia. dico φ nunq̄ ſimplr
finis eſt impoſſibilis: quādo ordinata in finē ſunt poſſia: τ
qn̄ dī de pmanentia. dico φ ſimpliciter talis finis non eſt
impoſſibilis. q̄uis enim entia naturalia non poſſint ſemp
ma^{re} ſm individuum: tamen poſſunt ma^{re} ſm ſpeciem: τ
ſic lꝫ fruſtrarentur in eorū actionibus in parte: non tamē
in toto. ¶ Ad qntam. dico φ qō intelligitur de alteratio Ad 5^m
ne que eſt inter q̄litates actiuas τ paſſiuas. que de per ſe or
dinentur in generationem: ſed mō talis alteratio non eſt
in aliqua parte celi. Conſimili modo dicat̄ de alteratione
anime intellectiue. ¶ Ad ſextā. qn̄ dī. vnde locus: dictum Ad 6^m
eſt ſuperius in queſtione τc. Queſtio. iiij.

Queritur Utrum generatio vnius ſit
corruptio alterius. ¶ Et ar p^m
guitur pmo φ nō. nā ſi ſic. tunc gnō eēt cor
ruptio: ſed hoc eſt falſum. falſitas patꝫ: qꝛ ge
neratio τ corruptio ſunt mutationes oppoſi 2^m
te. τ per ꝯñs vna nō ē alia. ¶ Scḋo arguit̄ ſic. corruptio
eſt forme: que corrūpitur: τ generatio forme que genera 3^m
tur. modo vna illarum formarū nō eſt alia. ḡ τc. ¶ Ter
tio ſi ſic. ſeqtur φ ſemper eſſet eq̄lis multitudo ſuppoſito
rum: ſed hoc nō eſt neceſſariū: lꝫ pitagoras hoc ponebat.
ꝯña lꝫ ex eo: qꝛ cū vnum corrūpit̄ aliud gn̄atur. ¶ 4° ali 4^m
cuius generatio eſt pluriū corruptio. ergo non ſemp gn̄a
tio vnius eſt corruptio alterius: imo pluriū. aña pꝫ de ge
neratione mixti ex elemētis. vbi q̄tuor corrūpuntur. ſ. ele
mēta: τ vnū ſolū gn̄atur. ſ. mixtū. ¶ Quinto arguit̄ ſic. i 5^m
nutritione τ p̄cipue in nutritiōe hoīs aliqd corrumpitur
puta alimentū: τ tamē nihil ibi generat̄. nō enim pōt dici
φ ibi generetur aliqua forma noua vel aliqua pars for
me ex eo φ aīa intellectiua pus p̄exiſtebat: τ etiā qꝛ aīa in
tellectiua eſt indiuiſibilis. ¶ Sexto arguit̄ ſic. nā quādo 6^m
aīal corrūpitur nō videtur φ vna forma generetur. nā ali
ter idē a quolibet pluriū agentiū pōt generari ex eo φ ani
mal a quolibet plurium agētium pōt corrūpi. idem enī eſt
corrumpens formā preexiſtentē τ generans ſequētē: cū
ergo animal indifferēter a pluribus agentibus pōt corrū
pi. tunc ſi poſt eius corruptionē generet̄ vna alia forma.
illa forma a pluribus agentibus indifferenter poſſet gene
rari: φ tamē eſt falſum. ſicut poſtea videbitur. ¶ Septi 7^m
mo arguitur ſic. nam quādo generatur homo. tūc ibi ē ge
neratio alicuius: τ tamē videt̄ φ nō ꝑpter hoc ſit ibi cor
ruptio alterius ex eo φ forma preexiſtēs. ſicut forma em
brionis diſponebat ad generationē hoīs. ergo videtur φ
ipſa poſſit ma^{re} cū forma hominis: τ per cōſequēs nō cor
rumpitur in aduentu forme hominis. ¶ Octauo arguit̄ 8^m
ſic. nā in ſeparatione anime intellectiue a corpore eſt gn̄a
tio alicuius forme: in materia in qua pus erat aīa: τ non
corrūpit̄ poſt eius ſeparationē a corpore. ¶ Nono argui 9^m
tur ſic. in generatione luminis in medio nihil corrumpit̄:
τ ſimiliter in generatione ſciētie in anima. ergo nō cuiuſli
bet gn̄atio eſt alicuius corruptio. ¶ Decimo arguit̄ ſic. 10^m

nam cum ex elementis ſit mixtum.tunc gñantur ſibi ſapores ⁊ odores:⁊ conſimiles qualitates abſqȝ corruptione aliquarum qualitatum aliarum eis oppoſitarum:ex eo ꝙ nulle ſunt tales qualitates in elementis.purum enim elementum caret odore ⁊ ſapore ⁊ colore ⁊c̄.

T.c.17. **In oppoſitum** eſt Ar.ꝓbuius.naꝫ per h ꝓbat Ar.ꝑpetuitateꝫ gnōnis. ℭ Breuiter iſta qō pōt hīe duplicem inteᵐ ⁊ ſm vtrunqȝ reſpondēdū eſt ad ipſam. ℭ Primus inteˢ eſt. vtrū iſta propoſitio ſit vera.gñatio vnius eſt corruptio alterius.i.ꝙ illud idē qō eſt generatio eſt corruptio. ℭ Secūdus intellectus eſt talis:an gñationem vnius ſequaꝭ vel ꝑcedat corruptio alterius. Primo ergo rñdendum eſt ad qōnem ſꝫ primum ſenſum. Secūdo ſm ſecundum.

p. ʒ **Quantum** ad primum ſit ꝑma cōcluſio iſta:ꝙ ſi generatio ⁊ corruptio ſumitur ꝓ ſubiecto illius:quod de nouo capit eſſe poſtꝗ̄ nō fuit: vel nō eſſe poſtꝗ̄ fuit:generatio eſt corruptio.probaꝭ:qꝛ ſic idē. puta materia eſt generatio ⁊ corruptio:que eſt eadem in genito que fuit in corrupto:⁊ ſm hoc conceditur ꝙ continue ⁊ perpetue ſine interciſione generatio eſt ⁊ ſimilr corruptio eſt.pꝫ hoc:qꝛ continue perpetue ⁊ ſine interciſione mā eſt:ſed tamen cū hoc cōcedēdum eſſet ꝙ quāuis generatio perpetue eſt ſine interciſione:non tñ generatio eſt ꝑpetue generatio ſine interciſione . nam aliquādo materia non eſt generatio.aliquando enim qeſcit per tempus ſub

2. ʒ aliqua forma. ℭ 2ª concluſio eſt iſta:ꝙ ſi generatio capiꝭ pro forma vel pro compoſito qō gñatur:⁊ corruptio pro forma vel cōpoſito qō corrumpitur:gñatio nō eſt corruptio.probaꝭ.nam cōpoſitū qō generatur nō eſt cōpoſitꝰ qō corrūpitur:nec forma que corrumpitur.

Quantum ad 2ᵐ intellectū pōt poni iſta ʒ.ꝙ intelligēdo qōnem indefinite gnō vnius ē corruptio alterius.pꝫ.nā videmus ꝙ cū generatur aq̄ ex igne:vel ecōuerſo.corruptionē vnius ꝯcomitatur generatio alterius. ℭ Sed intelligēdo qōnem ſm predictū ſenſum vliter.tūc eſt maior difficultas.vꝫ.vtrū ſemꝑ gñatio vnius ſit corruptio alterius. Et ſic ad vidēdum de hoc.ꝑmo ponam aliquas diſtōnes ſcdo ʒnes de gnōne ⁊ corruptione accñtium.3º de gnōne ⁊ corruptione ſubārū.

pª diſio **Quantuꝫ** ad ꝑmū ſit ꝑma diuiſio iſta . ꝙ quedaꝫ eſt gñatio alicuius qualitatis nō habētis contrarium:ſicut eſt generatio luminis in medio:⁊ generatio ſcientie in aīa:quedam aūt eſt gñatio alicuiꝰ qualitatis habētis cōtrariūꝫ.ſicut generatio caliditatis vel albedinis.

2ª diſio ℭ Scōa diuiſio eſt iſta.ꝗ̄dā ſunt accñtia a qbus vel eoꝝ ꝯtrarijs mā nunꝗ̄ denudaꝭ.ſicut ſunt.caliditas. frigiditas.humiditas.⁊ ſiccitas:grauitas.⁊ leuitas.vꝫ.ſi mā ſtet ſub forma mixti:ſiue ſub forma elemēti:nunꝗ̄ denudaꝭ ab aliquibus iſtarū qualitatuꝫ.Alia ſunt accñtia a qbus aliqñ:⁊ ēt ab eoꝝ ꝯrarijs denudanꝭ.ſicut ſunt iſte qualitates odor ſapor ⁊c̄.vꝫ.cū mā ſtat ſub forma elemēti.ꝑmo eſt denudata a colore quolibet:ab odore quocunqȝ:⁊ ſapore quocūqȝ.

3ª diſio ℭ 3ª diuiſio eſt iſta:quedam eſt gñatio vel corruptio ſimplr ſubē.ſicut elementi ⁊ alia mixte vt hominis.

4ª diſio ℭ Quarta diuiſio.gñatio ſubē mixte ꝗ̄daꝫ eſt ſubē inanimate ſicut ligni vel lapidis:⁊ ꝗ̄daꝫ aiate:⁊ hoc eſt vel anima intellectiua vel ſenſitiua.

p. ʒ **Quantuꝫ** ad ſcōm ſit ꝑma ʒ.nō opꝫ ꝙ gnō q̄litatis nō hñtis ꝯriuꝫ ſit corruptio alterius:nec opꝫ corruptionē eius eſſe gnōnem alterius. pꝫ hoc de gnōne ⁊ corruptione luminis:⁊ ſilr de gnōne ⁊ corruptione ſcia in aīa.

2. ʒ ℭ 2ª ʒ.in gñatione accidentiū:a quibus vel eoꝝ ꝯrarijs mā pōt denudari:nō opꝫ ꝙ ſemꝑ gñatio vnius ſit corruptio alterius.pꝫ hoc.nam ex elñtis ſit mixtū ⁊ generatur ſapor abſqȝ corruptione alicuius ſaporis ſibi ꝯrarijs ⁊ ſimiliter odor ⁊ color:⁊ ſilr cū mixtū corrumpitur in elementa:corrūpitur hꝫ qualitates abſqȝ gñatione qualitatum ſibi ꝯriarum.

3. ʒ ℭ 3ª ʒ.in gnōne qualitatū habentium ꝯriū:a qbus mā non pōt denudari ſic eſt ꝙ ſemper generatio vnius eſt corruptio alterius.pꝫ hoc.naꝫ mā:nec ſub forma elementi:nec ſub forma mixti pōt ſtare ſine hꝫ q̄litatibus.ergo ſemꝑ opꝫ ꝙ aliqua taliuꝫ qualitatum ſit in materia:⁊ cū nō poſſint eſſe ſimul in mā propter ꝯrietates eoꝝ:opꝫ ꝙ cū vna gñatur alia corrūpatur ⁊ eꝯ.

p. ʒ **Quantum** ad 3ᵐ ſit ꝑma ʒ iſta.gnō mixti ex elñtis:ſi elñta nō ponanꭍ manere in mixto:eſt non corruptio vnius:ſed pluriū.pꝫ:qꝛ eſt corruptio pluriū elñtoꝝ.

2. ʒ ℭ 2ª ʒ.gnō mixti ex elñtis.ſi elementa ponantur manere in mixto:⁊ cū hoc ponanꭍ ꝙ forme elñtorum ſubāles:nec intēdanꭍ:nec remittanꭍ:eſt ſine aliq̄ corruptione ſubāli:quāuis hñ aliqui gradus qualitatuꝫ elementoꝝ corrūpanꭍ.pꝫ ex quo elñta ponunꭍ manere ⁊ forme ſubāles eoꝝ ponunꭍ nec intenſibiles nec remiſſibiles.

3. ʒ ℭ 3ª ʒ eſt iſta.gnō mixti ex elñtis ſi elñta ponunꭍ maᵉʳᵉ in mixto:⁊ cū hoc forme ſubāles eoꝝ ponātur intendi ⁊ remitti eſt cū quadā corruptione ſubāli:puta formaꝝ ſubſtantialiū elemētorum:non tñ totali:ſed ſm aliquos gradus.pꝫ ex quo forme ſubſtātiales elemētoꝝ.ponunꭍ intendi ⁊ remitti.

pª ſuppō ℭ Pro q̄rta ʒne ſit ꝑma ſuppō: ꝙ mā nunꝗ̄ pōt eſſe ſine forma ſubāli.

2ª ſuppō ℭ 2ª ſuppō.mā nō pōt ſimul habere niſi vnā formā ſubālē.

4. ʒ ℭ Tūc ſit 4ª ʒ iſta:ꝙ quādo vna forma ſubālis corrūpitur alia gñatur: ⁊ econuerſo.probatur ſic.nā aut forma generaꭍ in materia in qua preexiſtebat forma:aut gñatur in mā in qua nō preexiſtebat forma.ſi dicitur ꝑmū.cōtra.per ſecūdā ſuppōnem:materia non pōt ſimul habere plures formas ſubāles.opꝫ ergo ꝙ forma preexiſtens corrūpaꭍ:⁊ ſic generatio vniꝰ forme eſt corruptio alterius.ſi vo dī ſcōm:hoc eſt contra primam ſuppōnem.

Nōndū ℭ Sciendum eſt tñ ꝙ talē ʒnem ponit pħs:ſed nō credēdum eſt ꝙ aliq̄ forma pōt generari abſqȝ corruptione alterius forme.

T.c.17. vñ ſm illos qui in hoīe nō ponunt niſi aīam intellectiuā:in ſeparatione a mā generatur noua forma in mā:abſqȝ corruptione forme precedētis.ſimiliter in nutritiōe hoīs corrūpitur forma alimēti abſqȝ noua gnōne alicuius forme ſubālis.nā forma alimēti corrupta aīa intellectiua incipit informare illā mām abſqȝ h ꝙ ipſa de nouo generetur . Et iō q volūt ſtare in predicta ʒne cum pħo ponunt in hoīe pcter aīam intellectiuā vnā formā ſubālem eductā de potētia māe:⁊ dicūt non eſſe impoſſibile in eadē mā eſſe plures formas ſubſtāntiales:quaꝝ vna eſt educta de potētia materie:⁊ alia nō.mō dicit: ⁊ verum eſt:ꝙ aīa intellectiua nō ſit educta de potentia māe:⁊ ideo ſm hoc ꝙ diuerſi diuerſimode opinarenꭍ opꝫ modificare quartā ʒnem.ſicut pꝫ inſpicere volenti.

Ad rō̄es **Ad rōnes** ℭ Ad primam ⁊ ſecūdaꝫ pꝫ ex dictis. ℭ Ad tertiaꝫ dico:ꝙ adhuc nō opꝫ ꝙ ſit eq̄lis multitudo ſuppoſitoꝝ.nam aliqñ gnō vnius eſt corruptio plurium. ℭ Ad quartam ⁊ q̄ntam pꝫ ex dictis. ℭ Ad ſextā dico:ꝙ prout poſtea videbiꭍ non eſt incōueniens idē a pluribus agētibus nō influētibus in effectū indifferēter poſſe gñari:quātis hoc hñ ſit inconueniens in influētibus in effectū. ℭ Ad alias rōnes pꝫ ex ſuperius dictis quid ſit dicendum.

Queſtio.v.

QUeritur Utrum in generatione ſimpliciter fiat reſolutio vſqȝ ad materiā primā.

pᵐ ℭ Et arguiꭍ ꝑ ꝙ nō. nam ſi ſic.ſequitur ꝙ ex ſemine hoīs non potius deberet generari homo ꝗ̄ aſinus vel aliqō aliud indiuiduuꝫ alterius ſpēi ab homine:ſed hoc eſt falſum:⁊ ꝯtra pħꭍ.naꝫ ex quo in genito nihil remaneret ꝑter māᵐ primā que fuit in corrupto.ſequitur ꝙ omnes diſpōnes ⁊

qualitates exiſtentes in ſemine hominis diſponētes ad ge
nerationem hominis corrūperetur in materia anteq̄ ge
neraretur forma hominis: ſed tamē quando tales diſpoſi
tiones materie ſunt corrupte materia eſt oīno indifferens
ad quācunq̄ formam gn̄andam. ergo non potius ex illa
2m materia gn̄abitur homo q̄ aſinus vel bos. ¶ Secundo
arguit ſic. aliqua forma ſubſtātialis manet in genito que
prius erat in corrupto. ergo in gn̄atione ſimplr nō fit reſo
lutio vſq̄ in mām primā. ꝯña tenet. aña probaꝛ. nā forma
corporeitatis manet eadē. probaꝛ. nā ſi non: ſeqtur ꝙ non
maneret idē corpus. hoc eſt falſum: qꝛ manet eadē mā q̄
3m eſt vnū corpus. eſt. n. lōga lata ꝛ profunda. ¶ Tertio ar
guitur ſic. eadē eſt forma oſſis mortui que fuit oſſis viui.
ergo in generatione ꝛ corruptione ſimplr non fit reſolō vſ
q̄ ad mām primā. ꝯña tꝫ. nam ibi manet idē nomē ſubā
le ꝛ eadē diffinitio: ibi ēt manet eadem forma ſubſtātialis:
ſyſtē in oſſe viuo ꝛ mortuo. ergo ꝛc̄. maior ē nota. minor
probaꝛ: qꝛ os mortuū ita dicit os. ſicut os viuū. ſimiliter
4m ita cōuenit ſibi diffinitio oſſis. ſicut oſſi viuo. ¶ Quarto
arguitur ſic. in generatione ꝛ corruptione ſimpliciter ma
net eadē qualitas ꝛ eadem figura. ergo qō ſalſa. aña pba
tur. nā videmus ꝙ in boue mortuo manet eadem quanti
tas: ꝛ ſilr figura que fuit in boue viuo. Si enim aliqs bos
viuus eſt bicubitus: ipſo interfecto adhuc obtinet illā quā
p̄ pꝰ. 63. titatē. ¶ Quinto arguitur: auctoritate Cōmenta. di. ꝙ
6m dimenſiones materie ſunt eterne in materia. ¶ Sexto ar
guitur ſic. in genito manet eadē qualitas que fuit in corru
pto. ergo qō ſalſa. ꝯña tenet. aña patet de qualitate ſimbo
la. ſi enim ex aqua fit aer manet eadem humiditas in ge
nito que fuit in corrupto. Et ſimiliter ſi aliquis bos inter
ficiatur ipſo interfecto ſtatī poſt manet aliqua caliditas:
ſed non videtur ꝙ ſit de nouo ibi genita: q̄ non apparet
quis illam caliditatem generaſſet ibi.

T. c. 23. **Oppoſitum** dicit Ariſt. p̄mo huius dicēs: gene
rationē ſimplr eſſe trāſmutationē
huiꝰ totius in hoc toto nullo ſenſibili remanēte.

p̄ nōm **Pro reſolutione** mãe p̄me notandū eſt ꝙ
per reſolōnē in mām pri
mam intelligit an in gnōne ꝛ corruptiōe ſimplr aliqd ali
ud q̄ mā p̄ma manet in genito qō prius fuit in corrupto.
Reſolutio ergo in mām p̄mā nihil aliud eſt p̄ter mām pri
mā maneᵗ in genito q̄ prius fuit in corrupto. Et ad hoc ꝙ
T. c. 23. fiat talis reſolutio videt auctoritas Ariſt. allegata. ſi nul
lum ſenſibile maneat in genito qō prius fuit i corrupto. vi
2m nōm detur ꝙ ſit facta hꝰ reſolutio. ¶ Ulterius ſciēdum eſt ꝙ
hꝰ reſolutionē poſſumus imaginari dupl'r. vno mō quā
tum ex p̄te forme ſubālis. ſic. vꝫ. ꝙ nulla forma ſubſtātia
lis maneat in genito que prius fuit in corrupto. alio modo
quantum eſt ex parte formarū accītalium: ſic. vꝫ. ꝙ nul
la forma accītalis maneat in genito que prius fuit in cor
rupto. mō in iſta qōne videndū eſt de hꝰ reſolōne quātū
eſt ex parte forme ſubālis: ꝛ in ſequenti qōne videbitur de
hꝰ reſolutione q̄tum eſt ex parte forme accītalis.

nōm p̄m **Quantum** ad p̄mū ſciēdū eſt ꝙ aliq imaginātur
in eodē ſupᵒ p̄les formas ſubāles vnā
p̄ opio quam ponūt maneᵗ perpetue in materia. ſ. formā corporei
tatis: per quā mā eſt corpus: ꝛ aliam formā ſubſtantialem
per quā tale indiuiduū ponitur in tali ſpecie vel in tali. ꝛ
iſti quantū eſt ex parte forme ſubſtātialis negāt reſolutio
nem vſq̄ in mām primā in gnōne vel corruptione ſimpli
citer. vñ dicunt ꝙ cū bos interficitur. tūc forma ſubſtātia
lis per quā fuit bos corrumpitur: ſed adhuc manet forma
2° opio corporeitatis per quā fuit corpus. ¶ Alij imaginātur for
mas ſubāles cītoꝝ maneᵗ in mixto: ꝛ iſti ēt habēt negare
quantū eſt ex parte forme ſubālis vel formarū in genera
tione ſimplr ꝛ corruptione fieri reſolutionē vſq̄ in mate

riam p̄mā. vñ cū bos īterficiꝰ ꝑcedūt eaſdē formas ſubā
les cītoꝝ maneᵗ in boue īterfecto q̄ erāt in boue viuo.

Contra iſtos pono talē ꝯnē: ꝙ in nullo īdiuī
duo ſunt p̄les forme ſubāles to p̄m
tales educte de poᵗ mãe. pbaꝛ. nā ſicut īpoſe eſt eandē ce
ram ſimul hēre diuerſas figuras totales: ita impoſſibile ē
mām ſimul habere diuerſas formas ſubāles. vnde ex quo
quālibet formā ſubālem diſtinctā ab alia ſequitur figura
diſtincta ſi in vna mā eſſent plures forme ſubāles totales.
tunc talis mā haberet ſimul plures figurationes totales.
quarū quelibet eſſet mere extēſa. ſi ergo hoc eſt impoſe de
mā: ſequitur hoc eſſe impoſe de quolibet indiuiduo. ¶ 2° 2m
arguit ſic. nam dato oppoſito qōnis: tale indiuiduū eſſet ī
diuerſis ſpēbus. ſi enim aliqō indiuiduū haberet plures
formas ſubāles: ille nō poſſent eē eiuſdē ſpēi. nā aliter vnū
indiuiduū alicuius ſpēi eſſet duo īdiuidua illius ſpēi. ſi au
tem poneret diſtinctū ſpē per quālibet illarum formarū
illud indiuiduū reponeretur ſub alia ſpē diſtincta. ſequi
tur ꝙ tale indiuiduū eſſet diuerſarū ſpērum: qō fuit pro
bandum. ¶ 3° arguit ſic. naꝫ ſi eſſet aliqua talis forma q̄ 3m
perpetue maneret in mā. ſicut aliqui imaginauerunt. ſeq
tur ꝙ mā nullam aliam formā reciperet. nam ſicut dicit
Cōmen. ſuper p̄mo phyſi. materia hñs vnam formā non
recipit aliā. Etiā ſi poneretur vna forma in mā que rema p̄ pꝰ. 69.
neret in receptione alterius illa ita reciperet a forma pre ꝛ. 63. ꝛ p̄
exiſtente ꝛ manēte ſicut a mā: ſed hoc non: propter hoc ꝙ c. de ſub.
ſicut materie repugnat informare ita forme repugnat reci orbis.
pere. vñ Cōmenta. in de ſubā orbis actui repugnat recipe
re. ¶ Sed ꝯ iſtam ꝯnem diceres. in eodē indiuiduo ſunt Dubiū
plures forme accidentales. ſicut in eodē. ſ. lacte eſt albedo
ꝛ dulcedo: quare etiam in eodē non poſſunt eē plures for
me ſubāles. ¶ Scdō ad idē. nam in boue eſt forma ſubā 2m
lis oculi: ꝛ ſimiliter forma ſubālis oſſis. ſimilr forma ſubā
lis carnis. modo iſte forme ſubāles ſunt ſpecifice diſtincte
ex eo ꝙ oculus ꝛ caro differūt ſpecie. ¶ Tertio arguitur 3m
ſic. nam in eodē hoīe. ſ. in ſoꝛ. eſt ſimul anima intellectiua
ꝛ ſenſitiua: que ſunt forme ſubāles diſtincte ſpē.

Ad iſta dico ad p̄mum: ꝙ lꝫ aliqō indiuiduū poſſit Ad p̄m
hēre diuerſa eſſe accītalia: tñ non pōt eſſe di
uerſa eſſe ſubālia. Ideo in eodē indiuiduo pñt eſſe plures
forme accītales ſaltē totales: ſed nō ſubāles. ¶ Ad ſcōm Ad 2m
dico: ꝛ breuiter ꝙ nō eſt inconueniens ꝙ in eodē ſint plu
res forme ſubāles partiales diſtincte ſpecie exñtes partes ī
tegrales vnius forme totalis: per quā aliquod indiuiduū
eſt alicuius ſpēi pro tunc. vñ dico ꝙ forma totalis ipſius
bouis eſt compoſita ex partibus integralibus diuerſarū
rationū. vñ ſicut bos ē vnū corpus etherogeneū ita forma
totalis ipſius bouis eſt vna forma etherogenea. Uñ vlte
rius dico: cuius oppoᵐ alij dicunt: ꝙ ſi illa pars forme bo
uis q̄ eſt in pede eſſet in oculo: ipſa ita modicū viueret ſicū
modo: nec iſta ſunt cōtra ꝯnem. nam ꝯcluſio dabaꝛ de for
mis ſubālibus totalibus. ¶ Ad tertiū dico: ꝙ illa nō ē ꝯ Ad 3m
cōcluſionē. nā cōcluſio dabaꝛ de formis ſubſtātialibꝰ edu
ctis de potētia materie. verū autem in hoīe anima intelle
ctiua ꝛ ſenſitiua ſint forme diſtincte: de hoc nō curo ad p̄
ſens. nā hoc pertinet ad librū de anima. ¶ 2° concluſio eſt 2° ꝯ
iſta: quātum eſt ex parte forme ſubſtantialis in generatio
ne ſimplr fit reſolutio vſq̄ ad mām primā. pꝫ. naꝫ forma
ſubālis preexiſtens nō pōt maneᵗ cū forma que generatur:
aliter enim in eodē indiuiduo eſſent ſimul plures forme
ſubſtātiales: qō eſt falſum. ſ. cōtra prima concluſionē. er
go adueniēte forma que generatur forma preexiſtēs cor
rumpitur: ſic ꝙ primum inſtans eſſe forme generate ē p̄
mum nō eſſe forme corrupte. modo hoc eſt fieri reſolutio
nem vſq̄ in mām primā q̄tū eſt ex parte forme ſubālis.
¶ Ex iſta ꝯne ſeqtur ꝙ nihil qō eſt de ſubſtātia generati p̄m corm

2m cor. fuit de ſubā corrupti niſi mā. ℂ Secūdo ſequitur illas ma-
3m cor. nere eandē in genito ⁊ corrupto. ℂ 3° ſequitur illam de ſe
nullam habere diuiſionē ⁊ diſcontinuationē in ſuis parti-
bus. vñ ocēm diſ^tem quam hȝ ſȝ ſuas partes eſt ex parte for-
4m cor. marum ſubaliū. ℂ 4° ſeqtur ꝙ oīa que ſunt infra con-
cauum orbis lune quātū eſt ex parte mãe ſunt vnuȝ conti-
nuum vñ ſi oēs forme accñtales ⁊ ſubāles annihilarē-
tur: mā nō annihilata: maneret vna maſſa cōtinua ꝓcēſa
ad cōcauitateȝ orbis lune: que tunc ſm̄ diuerſas eius par-
tes diuerſis formis eſſet depicta. ſicut vna ſuperficies con-
tinua parietis diuerſis imaginibus depicta.

Ad rōnes **Ad rationes** ℂ Ad p̄mā negaſ ꝯña. vñ q̄uis
i gnōne hoīs ex ſemie oīa p̄extītia
corrūpanſ p̄ter mām: tñ qꝛ nō ꝑ ſe mā maneret ſine illis
ente gnōñe forme hoīs. ſequiſ potius ex illa generari ho-
minem q̄ȝ aſinū. ℂ Ad 2^m pȝ ex ꝯ̄nibus. ℂ Ad 3^m ſilr.
pȝ ex dicis. ℂ Ad q̄rtā de q̄litate negaſ. ℂ Ad q̄ntā ſilr.
ℂ Ad ſextā ēt patebit in alia qōne. Qō. vi.

Queritur Utrū maneat aliqua quali-
tas in gñato que fuit p̄us in
p^m corrupto. ℂ Et arguiſ p̄mo ꝙ ſic. nā ſi non:
p̄ ge. 25. ſeqtur ꝙ in h̄ñtibus ſimbolū nō eſſet facilior
tráſitus: ſed hoc eſt falſum. ꝯña tȝ: qꝛ oēs q̄li-
2m tates preexiſtētes corrūperentur. ℂ 2° arguiſ ſic. qꝛ ſi nō:
ſeqtur ꝙ frigiditas gñaret caliditatē: ſed hoc eſt falſum.
nā ponatur ꝙ frigiditas corrūpat aliqȯ aīal. tunc ſi in ca-
dauere eſt aliqs nouus calor qui nō prius erat in corpore
3m viuo. ille nō vꝫ eſſe genitus niſi ab illa frigiditate. ℂ Ter-
tio. nā in corruptione hoīs non videſ a quo generetur illa
figura ⁊ imago: que eſt in cadauere: niſi tūc dicatur ꝙ ea-
dem figura ⁊ imago: que eſt in cadauere fuit in homine:
⁊ per ꝯñs videſ aliquā qualitatē manere in genito: que p̄i-
4m us erat in corrupto. ℂ 4° ſic. omne qȯ gñatur: gñatur ex
ꝯ̄rio tanq̄ȝ ex termino ſi habeat ꝯ̄riū: ꝓpter qȯ dī ꝙ albū
non fit niſi ex nigro. mō ſi in cadauere fieret noua calidi-
tas: illa non fieret ex contrario: ſed hoc eſt falſum. ſuppo-
ſito ꝙ illud ex quo generatur cadauer p̄us fuiſſet calidū.
5m ℂ Quito. nā niſi aliq̄ qualitas que p̄us fuit in corrupto
maneret in genito. ſequeretur ꝙ aliqȯ accidēs generareſ
ſine alteratione ſucceſſiua: ſed hoc eſt falſum. ⁊ ꝯñtia pȝ.
nā ſi aliqs homo gñatur. tunc ſi caliditas eius nō preexi-
ſtebat in materia: ſed de nouo gñatur cum ipſo: ſeqtur ꝙ
6m illa caliditas gñaretur ſubito: ſicut homo. ℂ 6° arguitur
ſic. nā in interfectione bouis corrūpitur caliditas ⁊ gñanſ
oīa noua in cadauere: ſed hoc videtur eē fruſtra. nā agēs
corrumpēs bouem fruſtra caliditatē illaȝ corrūperet. ex
7m quo ſtatim aliā conſimilē in cadauere generaret. ℂ 7° ar-
guitur ſic. nā quenſ cū ex aqua gñatur aer qd corrumpit
humiditatē aque: ⁊ probaſ ꝙ non aer: qꝛ ſm̄ nullaȝ eius
qualitatē ꝯ̄riatur humiditati aque. vñ humiditas eſt q̄li-
8m tas ſimbola aeri ⁊ aque. ℂ Octauo. nā videmus ꝙ ſi ali-
quis homo habeat aliquā cicatricē: ꝙ eadem cicatrix ma-
net in cadauere: cū homo fuerit corruptus: ſed cicatrix eſt
q̄litas. eſt enim de q̄rta ſpecie q̄litatis. ergo aliqua eadem
qualitas que erat in genito manet in corrupto.

T. c. 23. **In oppoſitum** arguiſ. nā ſi aliq̄ q̄litas ⁊c̄. ſe-
quitur ꝙ diffō gnōnis: quaȝ
ponit Ar. ꝑ hūius. nō eſſet bona. vȝ. gnō eſt tráſmutatio
huius totius in h̄ totū nullo ſenſibili remanēte. mō ſi aliq̄
q̄litas eadem maneret in genito q̄ prius fuit in corrupto.
tūc aliqȯ ſenſibile maneret in genito: qȯ prius fuit in cor-
2m rupto. cuius oppo^m dicit predicta diffō. ℂ 2° ſi aliq̄ q̄litas
maneret eadē i genito q̄ p̄us fuit i corrupto. ſeqtur ꝙ ſm̄
gnōnis ſimplr̄ eēt ens in actu. eēt. n. ens i actu ꝑ illā q̄lita-
2. c. 2. 4. tē. ꝯñs eſt ꝯ̄ Ar. ℂ 3° ſi ut ſe hȝ accñs ad ſubam: ita ſe hȝ
compoſitū accidentale ad compoſitū ſubſtantiale: ſed ita
eſt ꝙ qȯlibet accidēs preſupponit ſubam. ergo etiaȝ qȯli-
bet compoſitū accidentale preſupponit cōpoſitū ſubſtan-
tiale. modo tñ ſic non eſſet ſi aliqua qualitas eadē in ma-
teria maneret in genito ⁊ corrupto. nam tunc compoſitū
actu tale. i. compoſitū ex materia ⁊ forma ⁊ tali qualitate
non preſupponeret compoſitū ſubāle: ex eo ꝙ ſicut in alia
queſtione dicebatur: in gnōne ſimplr̄. quantum eſt ex par-
te forme ſubalis. fit reſolutio vſq̄ȝ in mater. ā p̄mā. ℂ 4° 4m
arguitur ſic. ſi maneret aliqua q̄litas eadeȝ in genito que
fuit in corrupto: ſequitur ꝙ accñs migraret de ſubiecto in
ſubiectū: quod eſt falſum. ꝯñtia pȝ: nam accidēs qȯ prius
fuiſſet i corrupto mō eſſet in genito. verbi grã. ſi maneret
eadē caliditas in cadauere que fuit in boue: ex quo genitū
eſt illud cadauer. ℂ Quinto. ſeqtur ꝙ corruptibile poſſet 5m
perpetuari: ſed hoc eſt falſum. ⁊ ꝯñtia probaſ. vt ſi ex aere
gñaretur aque: iterū maneret eadē humiditas: deinde ite-
rum ex aqua gñareſ aer ⁊ ſeruareſ idē circulus perpetuo:
⁊ tñ eſt corruptibile: qꝛ pōt corrūpi. ℂ 6°. ſi ex igne fieret 6m
aer: cum caliditas aeris ſit remiſſior: ⁊ ſi aliqua pars cali-
ditatis ignis manet eadem in aere que fuit in igne. tūc opȝ
ꝙ aliquis gradus caliditatis ignis corrūpatur: ⁊ cum nō
ſit maior ratio de vno q̄ȝ de alio: videtur ꝙ qua rōne cor-
rumpitur vnus gradus: eadē ratione corrūpatur alius. er-
go videſ ꝙ tota caliditas ignis corrūpitur: ⁊ oīo noua ca-
liditas in aere generatur: ⁊ per ꝯñs nō manebit aliqua ea-
dem qualitas in genito: que prius erat in corrupto: poſt q̄ȝ
non manet qualitas ſimbola de qua magis videſ. ℂ 7°. 7m
nā calor qui eſt in cadauere eſt putrefactiuus. calor aūt q
fuit in viuo preſeruabat a putrefactione ergo nō ſunt idē
calor qui eſt in mortuo ⁊ qui fuit in viuo: ⁊ per ꝯ̄ſequens
ſic videtur eſſe de omnibus aliīs qualitatibus. ⁊ per cōſe-
quens ꝙ nulla qualitas maneat eadē in genito que fuit
in corrupto. ℂ Octauo arguiſ ſic. nā ſi q̄litates aliq̄ ma- 8m
nerēt eedē in genito que fuerūt in corrupto. tunc etiā for-
me ſubales eedē quas ille q̄litates cōſequunſ deberent ma-
nere eedē in gñato que fuerūt in corrupto: ſed hoc eſt con-
tra dicta p̄cedentis qōnis. naȝ ſi ſic. tunc non fieret reſolu-
tio vſq̄ȝ in mām p̄mā: quātū eſt ex parte formarum ſub-
ſtantialium in gñatione ⁊ corruptione ſimplr̄.

In iſta qōne ſunt due opiniones. quaruȝ quelȝ
pōt ꝓbabilr̄ ſuſtineri. vñ vna ē ꝙ
eadem qualitas maneat in genito que fuit in corrupto. vt
cū ex boue fit cadauer manet eadē caliditas in carne mor-
tua que fuit in carne viua: ſimiliter cuȝ ex aqua fit aer ma-
net eadem humiditas. ℂ Et iſta opinio haberet pro ſe p̄i- p̄ opio
mas. 8. rōnes: ⁊ ſm̄ iſtam opinionē deberet dici ꝙ quāuis
in gnōne ſimplr̄ fiat reſolutio vſq̄ȝ in mām primam: quā-
tum eſt ex parte formarum ſubſtāntalium: nō tamē quan-
tum eſt ex parte formarum accidētalium.

Et ſecundum iſtā opinionē p̄nt poni aliqe cō- p̄ ꝯ̄
cluſiones. quarū p̄ eſt ꝙ oēs q̄-
litates manent eedē ſub eiſdem gradibus in genito q̄ fuit
in corrupto. ſicut in oſſe corrupto manet eadē albedo ſub
eiſdē gradibus prius ſicut ante. ℂ 2° ꝯ̄ eſt iſta. aliqe bene 2° ꝯ̄
manent: ſed nō ſub eiſdē gradibus. ſicut q̄litates p̄me: cū
enim ex igne fit aer bñ manet eadē caliditas q̄ fuit i igne.
ſed nō remanet ſub eiſdē gradibus. i. ita intēſa. ℂ 3° ꝯ̄. ille 3° ꝯ̄
qualitates ⁊ ſolum ille que imediate poſt generationē ap-
parent ſenſui ſimiles illis que apparebāt ante in corrupto
manent eedē. fruſtra enim gñarentur alie. ℂ Iſta opinio
hȝ ſoluere rationes. 8. ſcd̄o loco poſitas. ℂ 2° opinio eſt ꝙ 2° opio
impoſſe eſt idē accidēs eſſe in genito que prius erat in cor-
rupto: ⁊ ſecundum iſtaȝ opinionem deberet concedi in ge-
neratione ſimpliciter fieri reſolutionem vſq̄ȝ in materiam
primam tam ex parte formarum ſubſtantialium q̄ȝ acci-
dentalium. Et iſta opinio habet pro ſe rōnes ſcd̄o loco 2° opio

poſitas:ſed hēret ſoluere.S.rōnes poſitas in pncipio.
Ad rōes **Tenēdo** aūt pmā opinionē ſoluamus rationes ſe
cundo loco poſitas. Ad primā q̄n dicitur
gnō eſt trāſmutatio h⁹ totius in hoc totū nullo ſenſibili re
manēte:cōcedo vt ſuba per ſe ſubſiſtēte.totū.n.cōpoſitū p
ſe ſubſiſtens prout ly totū tenet cathe^{ce} ꝛ nō ſinca^{ce} corrū
pitur in aliud totū:puta in aliud ꝙ de nouo gn̄atur:cum
hoc tn̄ ſtat ꝙ bene manet eadē qualitas ſenſibilis in geni
to que prius erat in corrupto. ❡ Sed.o.cu.ergo videt ꝙ
ibi maneat aliqd̄ ſubiectū ſenſibile:qꝛ mā cum illa q̄litate
ſenſibili. Dico ꝙ hoc bene veꝝ eſt:ſed hoc non eſt ſubm̄ p
T.c.23. ſe ſubſiſtens hoc aliqd in actu.de quo ſubto itellerit Ar.
cū dixit gnōnem eſſe trāſmutationē huius totius in hoc
Ad 2m totū:nullo ſenſibili remanēte vt ſubto eodē. ❡ Ad ſcd̄az
q̄n dicit.ſequit ꝙ ſubm̄ gnōnis eſſet ens in actu.dico ꝙ h̄
non eſt impoſſe ꝙ ſit ens in actu per formā accn̄talem:be
ne tamē eſt impoſſe ꝙ ſit ens i actu per formā ſubſtāialē.
Ad 3m ❡ Ad tertiā:pro eius ſolutiōe nōndū eſt ꝙ cōpoſitū ſub
ſtantiale vocat cōpoſitū ex mā ꝛ forma:cōpoſitū aūt acci
dentale vocat cōpoſitū ex mā ꝛ forma ꝛ accn̄te. Ulterius
cōpoſitū accn̄tale eſt duplex.qddā eſt cōpoſitū ex mā ꝛ ac
cidente:qddam aūt eſt cōpoſitū ex mā ꝛ forma ꝛ accn̄te.
Exemplū pmi.ſicut caliditas ꝛ mā prima:ſta.n.facit cō
poſitum accidētale pmo mō dictuꝫ. Exēplū ſcd̄i. ſicut hō
albus. ❡ Et tūc ad rōnem dico ꝙ ſicut qdlibet accn̄s pre
ſupponit ſubm̄:ita qdlꝫ cōpoſitū accn̄tale ſcd̄o mō dcm̄ p̄
ſupponit cōpoſitū ſubāle:ſed tn̄ hoc non opꝫ de cōpoſito
Ad 4m accidētali pmo mō dicto. ❡ Ad q̄rtaꝫ q̄n di.ſeqtur ꝙ ac
cidens ꝛc̄.pro ſolutione illius eſt ſciēdū ꝙ duplex dicit ſe
ſubm̄ accidētis.qddam inherētie:ꝛ qddam denoīationis.
modo dōm eſt ſm iſtā opinionē ꝙ cuiuſlibet accidentis
alicuius cōpoſiti ex mā:mā prima eſt ſubm̄ quo ad inhe
rentiam:quāuis cōpoſitū ſit eius ſubꝫ quo ad denomina
tionē.vn̄ qꝛ compoſitū eſt nobis notius q̄ȝ mā.denomina
mus ab ipſo accidēte:quāuis mā ſit illud in quo vere eſt il
lud accidens.vnde dicimus hominē eſſe calidū ꝛ nō eius
materiā. Ex hoc pꝫ ad rōnem:ꝙ nō opꝫ ponere migratio
nem accidētis de ſubiecto in ſubiectū:quāuis bene ſucceſ
Ad 5m ſiue plura ſuba denominet. ❡ Ad quintā dico:ꝙ propter
ordinē nature ꝛ motum celi nō eſt aliqua portio māe qn̄
ſucceſſiue oporteat eā eſſe ſub aliqua forma alicui⁹ ſpēi:ꝛ
ſic neganda eſt talis circulatio perpetua ex qua dictū erat
Ad 6m in argumēto. ❡ Ad ſextā dico:ꝙ imo eſt ratio.quare vnꝰ
gradus caliditatis prius corrūpitur q̄ȝ alius.nā gradus
vltimo genitus prius corrūpitur:propter hoc ꝙ habet eē
Ad 7m minus ſirmū ꝛ minus radicatū in ſubto. ❡ Ad ſeptimā di
co:ꝙ idē calor poteſt eſſe preſeruatiuus a putrefactione:
ꝛ poſtea putrefactiuus.ꝛ hoc eſt propter aliā ꝛ aliā formā
ſubālem que mediāte ipſo agit tanq̄ȝ mediante inſtrumē
Ad 8m to. ❡ Ad vltimā dicō nō ꝑpter hoc manere formas ſub
ſtantiales in mixto ꝛ eaſdem in genito q̄ prius erāt in cor
rupto.nā qualitates mixtoꝝ.ſicut ſunt caliditas frigidi
tas ꝛc̄.non ſunt q̄litates elementoꝝ:quāuis ſint eis ſimi
les.de qbus poſtea diffuſius videbitur.

Ad rōes **Tenendo** aūt ſcd̄am opinionē ſoluam⁹ rōnes po
ſitas in pri⁹ qōne. ❡ Ad pmā dico ꝙ i
habētibus ſimbolum nō eſt facilior trāſitus:propter hoc
ꝙ qualitates pauciores corrūpant:ſed pp hoc ꝙ ibi ſunt
Ad 2m pauciores ꝯrietates. ❡ Ad ſcd̄am dico ꝙ frigiditas cor
rumpit hoc animal ꝛ remittēdo eius caliditatem cōtinue
generat nouā ꝛ nouā caliditatē.mō cōcedendū eſt ꝙ fri
giditas remittēdo caliditatē bn̄ pōt generare caliditatem:
ſed non eſt cōcedēdū ꝙ frigiditas poſſit generare calidi
tatem de nouo per intēſionē caliditatis.nā ſolū modo ca
Ad 3m liduꝫ iſto mō eſt ꝓductiuū caliditatis. ❡ Ad tertiū dico:
ꝙ ipſa nihil ꝓbat:qꝛ figura non eſt res diſ^{ta} a re figurata

ſeu a re extēſa. ❡ Ad q̄rtū notādū eſt ꝙ omne qd̄ habet Ad 4m.
cōtrariū gn̄atur ex ꝯrio ſibi tanq̄ȝ ex termino.vn̄ aliquā
do pōt gn̄ari ꝛ nō ex cōtrario cū gn̄atur ad gn̄ationē ſub
iecti.verū tn̄ cū gn̄atur in aliquo ſubto p̄ſuppoſito:tūc ge
neratur ex ſibi ꝯrio. ❡ Ad quintā dico:ꝙ nō eſt incōue Ad 5m
niens accn̄s gn̄ari ſubito ad gn̄ationē ſubti:quāuis hoc
bene eſſet incōueniēs ad gn̄ationē in aliquo ſubto preex
iſtente. ❡ Ad ſextā dico:ꝙ non fruſtra accn̄s p̄exiſtēs cor Ad 6m
rumpitur ꝛ accidēs nouū ſibi ſimile generatur.hoc enim
ſit ꝓpter hoc ꝙ accidēs nō pōt tranſire de ſubiecto i ſub
iectum. ❡ Ad ſeptimā q̄n dicit ꝙ quādo ex aqua gn̄at Ad 7m
aer:qd eſt qd̄ corrūpit humiditatem aque:dico ꝙ hoc eſt
aer:ꝛ q̄n dicit.tamē ſibi nō ꝯtrariatur ꝛc̄. Reſpōdetur ꝙ
quāuis hoc ſit verū:tn̄ qꝛ corrūpit frigiditatē aque cui cō
trariatur:corrumpit ēt humiditatē aque que cōſequitur
frigiditatem aque. ❡ Ad vltimaꝫ cū dicit de cicatrice.re Ad 8m
ſpondetur ſicut reſpondebatur de figura ꝛc̄. Et ſic termi
natur iſta queſtio. Queſtio.vij.

Ueritur Utrꝫ dato aliquo generabili
ipꝫ a plurib agētiū quolibet
poſſit gn̄ari.vbi gr̄a.dato.a.gn̄abili qd̄ ceās
ꝓducet a b.agente:vtrūꝫ ab alio q̄ȝ a b.agen
te poſſit gn̄ari vel ꝓduci. ❡ Et arguit primo pm
ꝙ queſtio ſit vera.nā capiat vnū ouū:ex quo debeat gene
rari pullus:ꝛ ponat ſub vna gallina ꝛ generetur.tunc nō
eſt veriſimile quin idē pullus in numero genit⁹ fuiſſet ex il
lo ouo ſi fuiſſet poſitū ſub alia gallina:quare a pluriū gal
linaruꝫ quolibet idē pullus generādus poterat generari.
❡ 2° arguit ſic.nam capiat aliqd̄ lignū ꝛ ponat ad igneꝫ: 2m
ita ꝙ ex eo generetur ignis.tūc nō eſt veriſimile qn̄ idem
ignis fuiſſet generatus ex illo ligno ſi fuiſſet poſitū in aliū
ignem. ❡ 3° arguit ſic.nā ſi aliquis calefaciat manū ſuaꝫ 3m
prope aliquem igneꝫ:ſic ꝙ in manu ſua generetur aliqua
caliditas:nō videtur quin eadē caliditas fuiſſet genita in
manu ſua ſi calefeciſſet manū ſuam prope aliquem alium
ignē ita intēſum:ꝙ nō eſſet niſi idē effectus.vt puta calidi
tas a pluriū agentium quolibet poſſet produci. ❡ 4° ar 4m
guitur ſic.ſi ſoꝛ.interficeret aliquē bouē gn̄aret cadauer:
ꝛ tunc pla.potuiſſet interficere eundē:ꝛ plato idē cadauer
generaſſet.ergo ꝛc̄. ❡ 5° arguitur ſic.ſoꝛ.generat in intel 5m
lectu meo intētionē eandē cōeꝫ quā generaret plato.ex eo
ꝙ talis intētio cōis ē repreſentatiua amboꝝ.ex quo eſt in
tentio cōis oīum hominū.ergo idē effectus:ſicut eſt inten
tio cōmunis in anima:a pluriū agentiū quolibet ſic ſunt
obiecta pōt produci. ❡ 6° arguit ſic.ſenſatio a pluriū agē 6m
tium quolibet indifferēter pōt cōſeruari.ergo etiam a plu
rium agentiū quolibet poteſt generari.ꝯña tꝫ ex eo ꝙ nul
lus effectus poteſt ab aliquo conſeruari in eſſe:niſi etiā ab
eo poterat produci.aña probatur.nā ſi alicui proponeret
vnuꝫ ouū ꝛ imperceptibiliter ſibi amoueret:ꝛ vnū aliud
apponeretur omnino ſibi ſimile:in loco eius cōſeruat ea
dem ſenſatio in ſenſu. Similiter cōtinue eſt idē lumen in
medio:quāuis flāma candele a qua conſeruatur illud lu
men cōtinue ſit alia ꝛ alia.ergo videtur ꝙ idē effectus ꝓ
ductus ab vno poteſt ꝯſeruari ab alio:ꝛ per conſequēs ēt
poterat produci ab eo. ❡ Septimo arguit ſic.a diſ^{tis} agē 7m
tibus in ſpecie poſſunt produci effectus diſ^{tis} ſolū numero.
ergo etiā videtur ꝙ ab agentibus diſ^{tis} ſolū numero poſ
ſit produci idem effectus in numero.aſſumptum patet.nā
ab aliquo igne poteſt produci aliquis ignis qui eſt eiuſdē
ſpeciei cuꝫ igne producto a radijs ſolaribus reflexis ſuper
aliquo ſpeculo ꝯcauo. ❡ Octauo arguit ſic.agētia ſunt 8m
cauſe extrinſece:ꝛ cum effectus non depēdeat a cauſis ex
trinſecis:nec per cōſequens capit ab eis aliquā diſ^{tionem}:ꝛ ſi
ſic.tunc a plurium agentium quolibet idē effectus pōt ꝓ
duci. ❡ Nono arguitur ſic.euſdem effectus indifferēter 9m

poſſunt eſſe plures fines ⁊ non vnus. vnde bene pōt aliq̄s
ire ad forum nō ſolū ꝓpter emere panē: verū etiā propter
10m emere oua ⁊ h9. ℭ 10° argr̄ ſic. oēs cāe agentes preter pri
mam ſunt inſtrumētales. mō cāe agentes inſtrumentales
nō influūt aliqd̄ in effectū. ſicut pʒ de cultello in ſcindēdo
panem: ⁊ de ſecuri in diuidēdo ligna. mō a pluriū agētiū
quolibet nō influētiū in effectū idē effect9 pōt ꝓduci. ḡ ⁊c̄.

In oppoſitum arguitur ſic. ſm̄ aliā ⁊ aliā in
fluentiā in effectuʒ fit alius ⁊
alius effectus: cū ergo a pluriū agentiū quolibet ſit alia ⁊
alia influētia in numero. ſeqt̄ur q̄ non a quolibet pluriū
agentiū idem effectus numero poſſit generari: ⁊ hoc pro
pter aliam ⁊ aliam influentiam numero.
ℭ In iſta qōne. ꝑ ponā aliquas diſtīones. ſcdō ꝯnes:

p° diſtõ **Quantum** ad ꝑmū ſit ꝑma diſtinctio iſta: q̄ cau
ſarum q̄dā dr̄ intrīſece: ⁊ q̄dā extrin
ſece. intrinſece ſunt ſicut mā ⁊ forma: extrinſece ſunt effici
2° diſtõ ens ⁊ finis. ℭ 2° diſtinctio. Agentiū quedā influunt ⁊ que
3° diſtõ dam nō. ℭ 3° diſtinctio. Agentiū nō influentiū: quedam
ſunt mere inſtr̄alia. ſicut eſt cultellus vel ſecuris: ⁊ quedā
dicūtur occaſionalia ſicut agēs coſiliās: agens aplicās
ac[tiua] pa[ſſiui]: ſicut eſt medicus vel aliquis ponēs lignum ad
4° diſtõ ignē ad hoc vt cōburatur. ℭ 4° diſtõ. agentiū influentiuʒ
qōdam eſt qō nullo mō dr̄ inſtrumētale: ſed dr̄ agēs ꝑmū
ſicut ꝑma cauſa: alia aūt oīa agentia dr̄ quodāmō inſtru
mentalia reſpectu prime: quāuis nō oīa dicantur: nec ſint
mere inſtr̄alia: ſed influētia aliquid in eoꝝ effectus.

Quantum ad 2m ponaʒ primo ꝯnes de cauſis in
trinſecis. ſcdō de cauſis extrinſecis. ſi
p° ꝯ cut ſunt agētia. ℭ Tūc ſit ꝑma ꝯ. ad variationē māe ſe
quitur variatio effectus. Ex iſta ꝯne. ſequitur q̄ nō fuiſti:
nec potuiſſes fuiſſe genit9 ex alio ſemine q̄ȝ ex illo ex quo
tu fuiſti genitus: ⁊ probatur ſic. nā ex quo mā eſt pars effe
ctus: ⁊ cuʒ effectus non ſit aliud q̄ȝ ſue partes. ſeqt̄ur q̄ ſi
mā eſt alia q̄ effectus eſt alius. quare ad variationē mate
2m rie ſeqt̄ur variatio effectus. ℭ 2° ſeqt̄ur q̄ nō potes fuiſſe
genit9 ab alio pr̄e: nec cōcept9 ab alia mr̄e q̄ȝ a tua: q2 ſi ab
alia fuiſſes cōceptus vel genitus. tu nō fuiſſes genitus ex
illo ſemine quomō es genitus: ⁊ per ꝯñs non eſſes ille qui
3m modo es. ℭ 3° ſeqt̄ur q̄ nō potuiſſes ſic ſic genitus in alio
inſtāti q̄ȝ in illo in quo gn̄atus fuiſti. pʒ: q2 non fuiſſet ea
dem mā: cū cōtinue partes māe fluant ⁊ refluāt ꝓpter cō
tinuam eius alterationē prouenientē a corporibus ſupcele
2° ꝯ ſtibus que ſunt in cōtinuo motu. ℭ Scdā ꝯ. nō eſt poſſe
q̄ eadem forma gn̄anda a pluriū materierū po9 educaſ.
nā dato oppoſito ꝯnis. ſeqt̄ur q̄ poſſe eſſet eādē formā in
3° ꝯ formare vnā māṁ Pariſius ⁊ aliā Rome. ℭ 3° ꝯ. eadē for
ma generāda a pluriū māerum potētia nō pōt educi. pro
batur. nā ſi ſic. ſit igiſ a. forma gn̄anda que indifferēter a.
b. c. materijs poſſit educi: ⁊ educaſ ꝑmo a b. mā. tūc ex quo
a. forma ex b. mā eſt educta: ⁊ nulla facta ſunt mutatio i c.
mā. videtur q̄ adhuc ex. c. mā a. forma poſſit educi: ⁊ cuʒ
iam forma a. ſit educta de b. mā. ſeqt̄ur q̄ poſtq̄ȝ a. forma
ſit genita. poſſibile eſt adhuc eam gn̄are: quod eſt incōue
niens. poſtq̄ȝ enim aliqd̄ ſemel genitū eſt: amplius gn̄ari
non pōt: iſta rō tñ nō eſt demonſtratiua. ℭ Scdō arguiſ
2m ſic. ſi a forma pōt indifferēter ex b. ⁊ c. materijs gn̄ari. tūc
ſimus in illo inſtāti in quo pōt gn̄ari ex b. mā: ⁊ pōt gene
rari ex c. materia. ⁊ ꝑ ꝯñs pro eodē inſtāti aliq̄ forma pōt
gn̄ari pariſius ⁊ rome: q2 Pariſius ex b. mā: ⁊ rome ex c.
3m materia. ℭ Tertio arguiſ ſic. ſicut impoſſe eſt q̄ eadeʒ fi
gura ſit figura pluriū cerarum ⁊c̄. ſicut figura vnius cere
nō potuiſſet fuiſſe figura alterius cere: ita impoſſe eſt q̄ ea
dem forma ſit forma pluriū māerū: ⁊ ſiſr forma q̄ eſt for
ma illius māe non poſſet fuiſſe forma alterius: q2 ſicut ſe
habet figura ad cerā: ita materia ad formam.

Quantum ad 2m ſit ꝑma ꝯ. a pluriū agentiū quo p° ꝯ
libet idifferēter nō influētiū in effectuʒ
idē effect9 gn̄andus pōt gn̄ari. ꝓbaſ ſic. nā ab agētib9 non
īfluētib9 effect9 nō capiſ de itrīſeco: nec aliquid q̄ ſit pars
ſue ſubē: ⁊ per ꝯñs: nec diſtīones. ḡ a pluriū taliū q̄libet pōt
